





H  
1786,4  
4

DISSE<sup>T</sup>RAT<sup>O</sup> IN AVGVRALIS  
IVRIDICO - MATHEMATICA  
DE  
**EO QVOD IVSTVM EST**  
IN VSVRIS PECVNIAE MVTVAE  
ANNVISQVE REDITIBVS INDEBITE  
SOLVTIS TVM CONDICENDIS TVM  
DE SORTE DETRAHENDIS

P 208/  
QVAM  
SVB AVSPICIIIS REGIIS  
AVCTORITATE ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS  
IN  
ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA

PRO  
SVMMIS IN IVRE HONORIBVS  
RITE CONSEQVENDIS

D. XXIV. JUNII A. MDCCCLXXXVI.  
PVBLICE DEFENDET

AVCTOR  
**JOANNES FRIDERICVS MEISTER**  
GOTTINGENSIS.

---

GOTTINGAE  
TYPIS JOANN. CHRISTIAN. DIETERICH.



DIESSE RERATIUS IN VADARALIS  
TAVILIOO · MATHEMATICO

DE

EO QVOD IUSTVM EST  
IN ASYRIS FECANIAE MULATAS  
ANNIVERSARIE REBELLIRAS IMPERIALE  
SOTYLIS TAN CONDICENIS TAN  
DE SORTE DESTRAHNDIS

QVAM

SACRISTEIS RECITIS  
MAGISTRATIS LITERATIS IO. JAC. OUDINIS

IN

QVODIMVS GREGORIV AGASTA

EX

SUMMIS IN TATE NOMOGRAMA  
SITAE CONSOLIDATORIS

A XXXL. IUNI. A. MCCCLXXVII


SABATIG. DILECTISS.

EXCOTOR

JOVANNES FRIDERICAS MEISTER

GOTTINGAE

1742. IUNI. CHRISTIAN. DIETTERICH



## PROOEMIVM.

Inter praestantissimos viros, qui doctrinam de usuris pecuniae mutuatitiae, siue in vniuersum, siue per singulas eius partes, tractauerunt, praeter clariss. ADOLPHVM DIETERICVM WEBERVM a), neminem reperi, qui ius debitoris usuras indebite solutas vel repetendi vel de sorte detrahendi, et rationem computandi in detractione obseruandam, copiose explicuerit, aut singulari libello illustrauerit.

a 2 Sed

a) In egregio tractatu: de usuris indebite solitis, earumque tam repetitione, quam in fortē imputatione. Ad legem 26 pr. §. I et 2. D. de condic. indeb. Suerini, Büetzouii et Wismariae

Sed WEBERV<sup>s</sup> quidem in hoc imprimis occupatus fuit, vt noua ingeniosaque interpretatione legem 26 pr. §. 1 et 2. D. de condic<sup>t</sup>. indeb. illustraret, et debitori ius, vsuras haud quidem illegitimas sed indebitas tamen, quod multi in illa lege denegatum crediderunt, vindicaret; de modo autem computandi, in detrahendis forti vsuris illegitimis tenendo, pro instituti sui ratione breuius differuit.

At vero nullum plane inuenire mihi contigit scriptorem, qui id praecipue egerit, vt in materia de annuis redditibus redimilibus, (in vernacula Wiederkaufs-Gülden) ius venditoris, pensiones indebite solutas vel repetendi vel de pretio detrahendi, atque rationem computandi in detrahendis pensionibus servandam, peculiari commentatione illustraret.

Quum vero hac in re mutuum ab annuorum reddituum negotio insigniter differat, quod tamen multi vel non viderunt vel negarunt; operae pretium me facturum esse existimau<sup>i</sup>, si, in libello pro consequendis honoribus academicis a me edendo, de eo quod iustum est in vsuris pecuniae mutuatitiae annuisque  
redi-

reditibus indebite solutis tam condicendis quam sorti detrahendis, et maxime de varia computandi ratione, in usuris et annuis redditibus pretio detrahendis seruanda, differerem.

Cui quidem negotio hac ratione satisfacere studebam, ut in prolegomenis, usurarum pecuniae mutuae et annuorum reddituum differentias, enumerarem: in Sectione I. de usuris indebite solutis tam sorti detrahendis quam condicendis, et primum quidem, sed breuiter, de iure eas repetendi vel de sorte detrahendi, deinde vero, copiosius, de ratione computandi, in iisdem sorti detrahendis seruanda, agerem: in Sectione II. denique, de annuis redditibus indebite solutis, vel condicendis, vel mox a pensionibus debitibus mox a pretio detrahendis, atque primo loco, de iure eos vel detrahendi vel repetendi, secundo autem loco, de computandi ratione in pensionibus pretio detrahendis seruanda, differerem.

Neque etiam matheseeos scientiam, a disputatione iuridica, aut ab argumento meo, adeo alienam putauis, quin formulam analyticam, solidiori argumenti

mei explanationi inferuentem et, vbi de usuraria pravitate detegenda aut damno ex ea emergente reparando quaeritur, in foro utiliter applicandam, communicare demonstraremque. In qua quidem demonstratione princeps mihi fuit Ill. KAESTNERVS, praceptor summe colendus, cuius demonstrationem theorematis binomialis, in principiis analyseos finitorum exhibitam, dum meo problemati applicarem, meam facere annis sum.

CON-

## CONSPPECTVS.

Prooemium.

### TRACTATIO IVRIDICA.

PROLEGOMENA de differentia annorum redditum, et usurarum pecuniarum mutuatitiae conventionalium.

I) *Notio* et *divisio* annorum redditum §. I.

II) *Differentia* anni redditus ab usuris pecuniae mutuae conventionalibus §. II.

1) *Generatio*:

a) *intuitu negotii* quo utrumque ius constituitur §. III.

b) *ratione obiecti* §. IV.

c) *ratione praescriptionis* §. V.

2) *Speciatio* redditus reales §. VI.

SECTIO I. De usuris pecuniae mutuatitiae indebitae solutis, tam sorti imputandis, quam repetendis.

CAP. I. De iure eas in sortem imputandi vel repetendi.

*Notio* et *divisio* usurarum indebitarum §. VII.

1) *Quaenam usura ex mutuo*, tamquam indebitae solutae, tam sorti imputari, quam repeti queant:

a) si fors ipsa quidem debita sit, usurae vero indebitae

c) ex errore solutae §. VIII.

B) sciente solutae §. IX.

b) si fors ipsa indebita §. X.

Ius repetendi usuras, simpliciter indebitas, atque ex errore solutas, haud restringitur per L. 26. D. de condit. indeb. §. XI.

2) In quibusnam casibus, usurarum indebitae solutarum, imputatio in sortem, et in quibusnam repetitio earum, locum habeat.

a) Imputatio §. XII.

Cessat ius imputandi si debitor, sciens sibi id competere, sortem sponte restituit §. XIII.

b) Repetitio §. XIV.

Remedia quibus debitor vti potest §. XV.

CAP. II. De ratione computandi, in imputandis sorti usuris indebitae solutis, tenenda.

1) Si illegitimas usuras solutae sunt.

Legisbus hac de re expresse nihil sanctum est §. XVI.

Variae computandi rationes ab interpretibus propositae.

a) Computatio in foro haud recepta. b) Computatio in foro visitata §. XVII. c) Computatio Kochiana §. XVIII.

Ratio

*Ratio computandi, adhibita distinctione, determinanda est §. XIX.*

a) *Si creditor in mala fide fuit et*

*α) sors ope imputationis usurarum nondum deleta β;*

*ratio computandi in foro usitata defenditur §. XX.*

*Argumenta in contrarium refelluntur. Primum argumentum §. XXI.*

*Secundum argumentum §. XXII. Tertium argumentum §. XXIII.*

*Kochiana computandi ratio reprobatur §. XXIV.*

*Neque cum Leysero distinguendum vtrum, qui usuras iusto maiores accepit, actor sit, an reus §. XXV.*

*β) sorte deleta, quenaam computandi ratio tenenda fit §. XXVI.*

b) *Si creditor in bona fide fuit, et iusto errore ductus usuras illegitimas accepit, cessat vulgaris computandi ratio §. XXVII.*

2) *Si legitimae quidem, sed indebitae tamen, solutae sunt usurae §. XXVIII.*

**SECTIO II.** *De annuis redditibus indebitae solutis, vel condicendis vel, mox pensionibus debitis mox sorti, detrahendis.*

**CAP. I.** *De iure redditus indebitae solutis tam repetendi quam detrahendi.*

1) *Quinam anni redditus, tamquam indebitae soluti, vel repeti, vel detrahi possint §. XXIX.*

2) *Annui redditus indebitae soluti, vel pensionibus debitis, vel pretio detrahuntur, vel repetuntur §. XXX.*

3) *Quid obtineat:*

a) *si ante factam redemptionem de restituendis redditibus indebitae solutis agatur et*

*α) pensiones debitae restent §. XXXI.*

*β) si nullae pensiones debitae restent §. XXXII.*

b) *si post redemptionem agatur*

*α) de pensionibus ante restitutionem pretii indebitae solutis §. XXXIII.*

*β) de pensionibus post restitutionem pretii indebitae solutis §. XXXIV.*

**CAP. II.** *De ratione computandi que, in imputandis pretio redditibus indebitae solutis, tenenda est §. XXXV.*

1) *Si de pensionibus, ante redemptionem indebitae solutis, agatur §. XXXV.*

2) *Si de pensionibus, post redemptionem indebitae solutis, agatur §. XXXVI.*

#### **TRACTATIO MATHEMATICA.**

1) *Problema §. I.*

2) *Resolutio et demonstratio §. II. ad XXIV inclus.*

3) *Variae quaestiones resoluuntur §. XXV.*

TRAC-

# TRACTATIONIS IVRIDICAE PROLEGOMENA

DE DIFFERENTIA ANNORVM REDITVVM ET  
VSVRARVM PECVNIAE MVTVATITIAE  
CONVENTIONALIVM.

§. I.

*Notio et diuisio annuorum reddituum.*

**R**EDITVS ANNOS, pro iure acceptos, denotare constat: *ius percipiendi, singulis annis, certam pensionem (v. c. in frumento aut pecunia) ex re vel a persona aliena.*

Diuiduntur vero in *reales* et *personales*, prout in iure in re, vel ad rem, consistunt; sive distinctius, prout ratione certi fundi aut rei constituantur, vt illi cohaereant et ex illa praecise debeantur, vel sine respectu ad rem constituuntur, vt a persona promittente praestentur. Idem vel *redimibiles* vel *irredimibiles* dici solent, prout alteri contrahentium parti, inuita quoque altera, redimendi facultas est, vel non est.

A

Con-

Constitui autem possunt reditus, tum aliis titulis iustis, tum maxime *emtione venditione*. Qualis quidem constitueri modus ad nostrum argumentum proprius spectat. Satis autem notum est, emtionem redditum originem maxime habuisse ex prohibitis in iure canonico a) usuris pecuniae mutuatitiae. Confuetudine vero introductum, et iure canonico b) atque recessibus imperii c) approbatum est, hoc negotium. Est autem, per recessus imperii, certus modus emtioni redditum statutus, tum, vt centum aureis reditus non maior, quam quinque aureorum, ematur; tum, vt vendori, non emtori, relutio permittatur. His praelibatis, de emtioni redditum et usurarum pecuniae mutuatitiae discrimine, facilius constabit.

## S. II.

*Differunt annui reditus ab usuris pecuniae mutuae.*

Est quidem negotium annuorum redditum in locum mutui usurarii maxime introductum, et legalis usurarum modus ad illud translatus: nec desunt Doctores permulti, qui partim, reditus annuos ab usuris pecuniae mutuatitiae diuersos esse, generaliter negent, partim vero, personales saltem, et canonibus contrarios d), et non nisi nomine ab usuris distinctos esse, contendant. Verum enim vero recessus imperii, emtionem annuo-

rum

a) c. I. C. 14. qu 3. C. 1. 4. 6. 10. X de usuris.

b) C. I. 2. Extrav. com. de emt. vend.

c) R. I. de anno 1530. T. 26. §. vlt. a. 1548. T. 17. §. 8. a. 1577. T. 17. §. 9.

d) Quorum quidem opinioni haud parum fauere videtur constitutio pontificis Pii V. anno 1568 Romae promulgata, quae exstat in Cap. vn. de forma contrahendi censum in 7, ubi annui reditus personales, tamquam illicitos et usurarios, reprobant. At, hanc constitutionem, extra terras Pontificii patrimonii, haud obligare, et in Germania, ne inter ipsos Catholicos quidem, receptam esse, constat. v. Joh. Phil. LYNCKER in tract. de redditibus annuis, quos vocant redimibiles, disp. I. §. 6. nr. 24. Fratrum BECMANNO-  
RVM confil. et decis. Resp. 7. n. 19.

rum redditum approbantes, nullum inter reales et personales faciunt discrimen; sed generatim loquuntur. Atqui, re accuratius perspecta, insignes, inter vñras annuosque reditus, non solum reales verum etiam personales, intercedunt differentiae. Quas quidem, primum generatim, quatenus vtrique redditum generi communes sunt, deinde vero speciatim, quatenus realibus propriae videntur, exponam.

### §. III.

#### I) Generatim a) intuitu negotii quo vtrumque ius constituitur.

*Differentia in genere*, quae reditus annuos, tam reales quam personales, ab vñris pecuniae mutuae distinguit, maxime triplex est.

*Primo* nimirum *negotium*, quo constituitur ius redditum, vera est emtio venditio, natura sua a mutuo plane diuersa. Interueniunt enim, in emtione redditum, omnia emtionis venditionis requisita: consensus primum, deinde merx et pretium. Merx autem hic consistit in ipso redditu, pro iure accepto: nec singulae pensiones, quotannis soluenda, sed ipsum ius exigendi successuam praestationem venditur: nec multiplex, singularisque annis inita, sed vna est venditio. Denique pretium, quod forte vocant; cui tamen, veri emtionis pretii, natura est: siquidem haec fors, non quoad solum vñsum, vti in mutuo, sed quoad ipsam eius proprietatem, irreuocabiliter, in venditorem iuris redditum transfertur. Vnde leges imperii, in vernacula, *negotium*, quo annui reditus constituuntur, *Gültensauf*; emtorem, qui creditoris instar est, *Gültenkäufer*; venditorem, qui debitorem repraesentat, *Wiederkäufer*; et pretium seu fortē, *die Kauf- oder Hauptsumme*, dicunt. Neque natura emtionis venditionis vla ratione tollitur eo, quod leges imperii, ad cauendum, ne hoc negotio, tamquam velamine vñrurum illicitaram, abutantur foeneratores, certum modum ei consti- tuere; dum scilicet pensionum legitimam quantitatem, ean-

4

---

dem esse voluerunt, quae constituta est vñuris, atque soli venditori facultatem redimendi tribuerunt.

§. IV.

b) Ratione obiectū.

Sequitur altera differentia concernens obiectum iuris, quod ex redditum concessionē et ex mutuo vñurario competit. Est nimis iuris annuorum redditum obiectum nullum, nisi praestatio pensionum; minime autem fortis, seu pretii, reddito. Contra vero, iuris ex mutuo vñurario, obiectum primarium in fortis redditione, secundarium autem in vñurarum praestatione, consistit. Quam ob rem nec ipsae pensiones sunt, sicuti vñurae, quae debentur propter fortēm, accessoriū et sequela fortis, sed res principialis: nec fors est ratio existentiae pensionum, sed potius conditio sine qua non.

§. V.

c) Ratione praescriptionis.

Tertio denique loco, in praescriptione etiam, differentia apparet. Etenim ius annuorum redditum ipsum generale in omnes reditus, intermissa licet eorum, per longissimum tempus, exactione, praeescriptione non extinguitur *e)*, nec aliter, quam si praescribens, denegata pensionum praestatione, simul fuerit in bonae fidei possessione vel quasi immunitatis ab annuis redditibus, locum habere potest praecriptio acquisitiua, vel simplex vel qualificata, seu immemorialis; sed tantum ius in singulis cuiuslibet anni praestationes, sola intermissa earum per longissimum tempus exactione, successiva praescriptione extinguitur *f)*. Secus vero est in vñuris pecuniae mutuatitiae, quae,

tum

*e)* L. 7. §. vlt. C. de praescr. 30 vel 40 ann. L. 46. §. 9. de episc. et cler.

*f)* L. 7. cit. ill. BÖHMERI Principia iuris canonici L. III. Sect. V. Tit. IX. §. 643.

tum quoad ius ipsum, tum quoad singulas praestationes, simplici fortis praescriptione extinguntur g).

## §. VI.

### 2) Speciatim redditus reales.

His vero differentiis, quibus tam reales quam personales redditus insigniter ab usuris pecuniae mutuae distinguuntur, constitutis; sequuntur adhuc aliae quaedam, realibus tantummodo propriae.

Nimirum ius annuos redditus reales percipiendi 1) est ius in re, quod merito, seruitutibus iuris germanici, in dando vel faciendo consistentibus, adnumeratur h). 2) Tribuit actio nem confessoriam, aduersus quemcunque possidorem competentem. 3) Accensetur rebus immobilibus; quippe quibus inhaereat i). 4) Interitu rei, cui impositum est, finitur: nec emtori eam ob causam premium repetere licet. Ex aduerso autem ius, usuris ex mutuo exigendi, nunquam est reale: nec inde datur actio contra tertium: nec adnumeratur rebus immobilibus: nec amittitur etiamsi omnia debitoris bona interierint.

g) L. 26. pr. C. de usuris.

h) B. BÖHMER de actionibus S. II. C. 2. §. 44. nt. f. BECMANNORVM  
confilia et resp. 7. nr. 12.

i) Atque insignes inde apparent effectus, vt pote: annui redditus constitui nequeunt a rerum alienarum curatoribus, in rebus suae administrationis, absque urgenti necessitate et magistratus cognitione eiusque decreto. vid. GAILIT observationes L. II. obs. X. n. 4. confessio eorum liberat a cautione, CARPEZ. J. F. p. I. C. 5. def. 16, et qui sunt reliqui.

## SECTIO I.

DE VSURIS PECVNIAE MVTATITIAE, INDEBITE SO-  
LVTIS, TAM SORTI IMPVTANDIS,  
QVAM REPETENDIS.

## CAP. I.

DE IVRE EAS IN SORTEM IMPVTANDI VEL REPETENDI.

## §. VII.

*Notio et diuīsio vſurārum indebitarūm.*

Vſuræ indebitæ generatim dicuntur eae, quarum præstatio per-  
fecta obligatione deſtituta eſt. Atque ſunt, ratione fundamenti,  
vel ſimpliſter vel ſecundum quid indebitæ; hae vero, vel na-  
turaliter vel ciuiliter tales. Sub vſuris autem ſimpliſter et  
ſtricto in ſenſu indebitis intelligimus eas, quae nec iuriſ natu-  
ralis nec ciuilis vinculo debentur <sup>k)</sup>: quales ſunt vſuræ pecu-  
niae mutuatitiae, nec in ſtipulationem deduētae, nec pacto  
promiſſae, nec mora debitæ <sup>l)</sup>. Atque vſuræ naturaliter  
tantum dicuntur indebitæ, ad quarum præstationem perfectæ  
obligationis vinculum in iure naturae deficit, licet iure ciuili  
debeantur. Ciuiliter tantum indebitæ vero, quarum præsta-  
tio, obligatione iuriſ naturalis quidem fundata, ſed vinculo  
iuriſ

<sup>k)</sup> Singula vſurārum fundamenta præclare expositi WEBER in tract.  
de vſuris indebita ſolutis earumque tam repetitione quam in ſortem  
imputatione S. I. §. 2.

<sup>l)</sup> Iure naturae vſuræ pecuniae mutuae debentur, tum ex promiſſione,  
tum ex mora: iure ciuili romano autem, niſi in ſtipulationem de-  
duētae, ex regula nullae debebantur: legibus imperii denique tam  
ex conventione quam ex mora debentur. B. BÖHMER in Exercit.  
ad D. T. IV. exercit. 63. §. 10 ſq.

*iuris civilis destituta est n).* In vtraque' autem specie, secundum iuris romani doctrinam, duplex casus fecernendus est. Nimirum, in vsuris *naturaliter tantum indebitis*, civilis quae subest obligatio, aut ea est, quam *efficacem* vocant, hoc est, quae, licet iuri naturae ignota, tamen, quum aequitati naturali haud aduersetur, effectum habet n); aut vero ea, quae *inefficax* dici solet, hoc est, quae, dum aequitati repugnat, perpetua exceptione praetorio iure data, infirmatur. Ad illam speciem referri possunt vsurae quae ex re iudicata o), aut speciali legis dispositione, debentur; v. c. vsurae quas, merce tradita, emitor soluere tenetur ratione pretii de quo fides ei habita est p). Huic vero adnumeranda sunt vsurae in stipulationem, vi aut metu extortam, pactoue remissorio sublatam, deductae; quippe quae iure civili stricto tantum debeantur q).

Simili ratione et in vsuris *civiliter tantum indebitis* duplex casus separandus. Alter, si obligatio naturalis, quae subest, *efficax est*, seu ea cui ius ciuale tantum non adficit quoad effectum agendi, ceteros vero obligationis effectus producit. Huc pertinent in iure romano, si paucos excipias casus,

m) *Nimis igitur, usurarum indebitarum notionem, restrinxisse mihi videtur, confut.* WEBER l. c. § I. et IX, dum definit: *quae nullo iure neque naturali neque civili debentur, ideoque usuras secundum quid indebitas excludit.*

n) *Quam ego obligationem mere ciuilem efficacem dixi, alii ad obligationem mixtam referunt, et vocant obligationem mixtam *praefunctionem* talem.* LAVTERBACH coll. theor. præf. L. 44. T. 7. §. 13. WESTENBERG Tract. de causis obligationum, dissert. i. C. 4 §. VOKTIVS Comment. ad D. L. 44. T. 7. n. 2. STRV. syntagma iurisprud. Exerc. VI Th. 12. Exerc. XVI. Th. 38. Sed dubito, an obligatio illa mere ciuilis *efficax*, quae ex re iudicata aut ex chirographo biennio antiquiore oritur, iuris naturae rationibus demonstrari posset: hinc, cum aliis, ad mere ciuilem sed efficacem obligationem, eam referre malui. WESTENBERG l. c. §. 32.

o) L. 25 ff. de stat. hom. L. 207 ff. de R. I.

p) L. 13. §. 20 ff. L. 15. C. de act. emt. vend.

q) §. 1 et 3. I. de except. L. 7 ff. de condict. ob turp. vel iniust. caus.

sus, usurae pecuniae mutuatitiae pacto promissae *r*). Alter casus est, ubi ipsa obligatio naturalis *inefficax* est, hoc est, quae iure ciuili in totum reprobata omnibusque omnino effectibus destituta est *s*). Cuius exemplum habemus in obligatione mulieris, pro usuris quas alter ex mutuo debet, intercedentis *t*); vel eius qui debitor est ex pacto de usuris, ultra legitimam quantitatem, soluendis *u*).

Alia notanda est diuisio usurarum indebite solutarum in eas quae, vel *in totum*, vel *in tantum seu pro parte*, tales sunt, prout debitor, nullas plane (v. c. ex mutuo gratuito), vel minores quam quae promissae aut solutae sunt (v. c. ex promissione illegitimatarum usurarum), debet.

### §. VIII.

- I) *Quaenam usurae ex mutuo, tamquam indebite solutae, tam sorti imputari, quam repeti queant.*  
 a) *si fors ipsa quidem debita sit, usurae vero indebitae  
   a) ex errore solutae.*

Iam si quaeratur: quaenam usurae, ex uno alterouie fundamento indebitae, si ex mutuo soluantur, repeti aut in fortē imputari queant? Facilis videtur, si subsistamus in principiis iuris romani circa doctrinam de conditione indebiti generatim obtinentibus, responsio. Caeteroquin vero, quum usurae pecuniae mutuae sint accessorium fortis; id singulare, intuitu repetitionis et imputationis earum in fortē, obtinet, ut simul ratio

*r*) L. 3 et 7. C. de usur. L. II. §. I. D. de reb. cred. B. BÖHMER in Exert. I. c. §. XI fqq. et §. 16 fqq.

*s*) Obligationem naturalem inefficacem haud admittit WEBER I. c. §. 9.

*t*) L. 9. C. ad SC. Vell. L. 8. §. 3. D. eod.

*u*) L. 26. §. 1. L. 27. C. de usur. L. 26. §. 1. D. de condit. indeb. L. 9. pr. L. 29. D. de usur.

ratio habenda sit sortis: quatenus scilicet haec, aut debita sit, aut indebita v). In utroque autem casu usuras indebita solutas repeti posse, tum secundum generalia, de repetitione indebiti, principia, tum secundum disertas L. 18. C. de usuris w) et L. 102. §. vlt D. de solut. et liberat. x) sanctiones, usurarum indebita solutarum in sortem imputationem et conditionem generaliter admittentes, dicendum est. Quod iam distinctius explicabo.

Primum itaque, si faciamus, sortem ipsam debitam esse, usuras vero indebitas, ex errore y) praestitas esse; dicendum erit:

repe-

v) L. 26. pr. et §. 1 et 2 D. de condit. indeb.

w) Verba huius legis haec sunt: *Indebitas usuras etiam si ante sortem solutae non fuerint, ac propterea minuere eam non potuerint, licet post sortem redditam creditori fuerint datae, exclusa veteris iuris varietate repeti posse, per penitus ratione firmatum est.*

x) Ibi: *Titius mutuam pecuniam accepit, et quinques usuras spopondit, easque paucis annis soluit, postea nullo pacto internuente, per errorem et ignorantiam semissimis usuras soluit, quaero: an patescat errore, id quod amplius usurarum nomine solutum esset, quam in stipulatum deducatum, sortem minueret? Respondi, si errore plus in usuris soluisset, quam deberet, habendam rationem in sortem eius quod amplius solutum.*

y) Num autem error facti an etiam iuris conditioni locum faciat? haec est quaestio inter lictos non leuiter agitata. Sunt enim multi qui iuris errore indebitum solventibus, regulariter repetitionem denegant, exceptis solummodo certis personis quibus iura ignorare licet, puta mulieribus, ruficis, militibus et minoribus. STRV. syntag. iur. T. I. Ex. XVII. thes. 40. Sam. de Coccen ius controv. L. XII. T. VI. Qu. 14. Alii iuris errorem indistincte repetitioni locum facere contendunt; modo soluens natura vila ratione debitor non sit. Arnold VENNIVS selec<sup>t</sup>. quæst. L. I. C. 47. Al. Phil. FRICK Dissert. de indebitum soluente per ignor. iur. ciu. ad condit. indeb. admittendo Helmst. 1778. Medium autem tenendum esse cum communi lictorum schola credo ope distinctionis, vtrum is, qui iuris errore lapsus indebitum soluit, in lucro captando veretur, an de damno evitando militet? illo in casu deneganda ei est conditio L. 9 C. ad Leg. Falc. L. 2. C. si adv. solut.; haud vero posteriori L. 7 et 8 ff. de iur. et fact. ignor. B. BÖHMER de act. S. II. C. V. §. 27.

repetendas aut sorti imputandas esse vsuras, primo loco, eas quae simpliciter indebitae solutae sunt, hoc est, quae nec promissione nec mora debentur <sup>a)</sup>: secundo loco, ex vsuris secundum quid indebitis, tum eas, quae ex obligatione civili ineffaci a), tum, quae ex obligatione naturali ineffaci b) solutae sunt.

### §. IX.

#### 2) Scienter solutae.

Vt autem, in casibus modo enumeratis, vsurae indebitae, si ex errore solutae sint, repeti possunt; ita ex aduerso, si scien-

<sup>a)</sup> L. 18. C. de vsur. L. 102. D. de solut. et liberat. An vero apud nos haec vsurorum indebitarum species occurrat et repeti posfit? pendet a questione: num ex mutuo, praeter pactum et moram, vsurae etiam debeantur? quam quidem affirmat BERGER in Elect. discept. for. Ex. XLIX. SCHILTER Ex. ad. D. Ex. XXXV. Th. II. TITIUS I. priv. L. IV. C. 8. §. 2 et 15. ENGAV El. I. Germ. L. III. T. 2. §. 20. Contraria sententiam tenent: HVBER. Prael. in l. civ. L. III. Inst. T. XV. §. 5. DONELLVS ad L. II ff. de R. c. LEYSER ad ff. sp. 130. med. 3 et 4. sp. 148. med. 9. sp. 244. med. 2. B. Abrah. KAESTNER Prog. mutuum adhuc hodie esse' gratuitum Clavi. I. Th. 7. Neutram sententiam indistincte applicandam, sed arbitrio iudicis locum relinquendum esse, credit AYRER Diff. de arbitrio iudicis circa vsuras pecuniae mutuatitiae. Evidem cum iis facio qui praesumptioni pro gratuito mutuo patruginantur. Neque creditori, citra moram debitoris, aut conventionem de praefandis vsuris vel expressam vel tacitam, ab ipso probandam, iustum exigendi vsuras fundamentum succurrere puto. Etenim, ultra voluntatem, vel expresse vel tacite declaratam, debitor obligari nequit ad ea, quae negotio nec natura sua nec lege insunt. Ast vero, si debitor moram haud commisit, vsurae, neque natura neque lege, mutuo insunt; ideoque ad easdem, citra promissionem vel expressam vel tacitam, obligari nequit. An autem, ob frequentem in pecunia mutuatitiae vsurorum usum, ex ipsa fortis adnumeratione, tacitam aliquam conventionem eruere velis? Profecto, si nullum aliud factum animum contrahentium manifestans accedat, deficiet tibi probatio.

- a) L. 26. §. 3. L. 40. L. 54. D. de condict. indeb.
- b) L. 40. pr. L. 26. §. 3. D. de condict. indeb.

scienter solutae sint, conditio earum, ex regula, ob donationem quae tunc interuenisse censetur, cessat. Attamen sunt, huius regulae, exceptiones; tum, propter deficientem facultatem donandi, v. c. in pupillo aut prodigo civiliter tali, sine tutoris curatorisue consensu, usurpas indebitas scienter soluente c), tum, propter deficientem animum donandi, utpote in debitore, usurpas iusto maiores, scienter soluente d); quippe qui magis, animo benignorem sibi faciendi creditorem, quam liberalitatem exercendi, illegitimas usurpas soluisse praefumitur. Cui quidem rationi alia adhuc accedit; nimurum, quod leges, usurparum illiticarum non exactionem modo, sed et solutionem, prohibeant: de qua autem re expressa conuentio non valeat; de ea nec tacita, qualis hic donatio, valere poslit.

### §. X.

#### b) Si pars ipsa indebita sit.

Supereg altera disquisitionis pars, nimurum si, *fortem ipsam indebitam esse*, faciamus. Quod si tunc circa fortem et usurpas error interuenerit, et haec solutae sint, semper conditioni locum esse per se patet. Deinde, si quis, bene gnarus se ne fortem quidem debere, nihilominus usurparum nomine pecuniam praefiterit; procul dubio donasse existimandus est. Quid autem, si quis, falso se fortem debere credens, usurpas modicas, quas, nullo ex fundamento debitas esse sciebat, sponte praefiterit? Et tunc etiam, eas condicere posse, merito dicendum est secundum L. 26. §. 2. D. de condit. indeb. Etenim usurpare pecuniae mutuatitiae, quum sint accessorium fortis, plane non intelliguntur absque sorte. Quapropter quisquis, ratione fortis errans, pecuniam, usurparum nomine, sciens se eandem non debere, soluit; is pro facto haud simpliciter, sed solo respectu fortis, et, ut benignorem habeat creditorem, donare voluisse censendus est. Deficiente itaque mutatione fortis; deficit etiam donandi animus.

### B 2

### §. XI.

c) L. 29. D. de condit. indeb.

d) L. 9. pr. L. 29. D. L. 26. D. et C. de usur.

## §. XI.

*Ius repetendi usuras, simpliciter indebitas atque ex errore solutas, haud restringitur per L. 26. D. de condic. indeb.*

Quamquam vero ea, quae, circa ius usuras pecuniae mutuae indebite solutas repetendi aut cum forte compensandi, proposui, non aequitati solum, sed etiam legum dispositioni conuenire videantur; dubium tamen, ex lege 26 pr. §. 1 et 2. D. de condic. indeb. oritur circa *ius repetendi usuras, fortis debitas, modicas quidem sed nec promissas nec mora debitas, et ex errore solutas.*

Sunt enim multi, qui eiusmodi usurarum conditionem, in citata lege, denegatam esse opinentur e). Alii contrariam tenent sententiam, et legem, de usuris pacto nudo promissis, agere contendunt. f) Illorum autem sententiam praecclare refutauit, variasque legem interpretandi rationes enumerauit, atque nouam plane adiecit, consult. WEBERV in tractatu saepius iam laudato Sect. II. §. 1 fqq. Ibi nimurum, tam ope inscriptionis legis, tum ex analogia, tum denique ex ipso legis tenore, in eadem, non nisi de usuris scienter indebite solutis, sermonem esse, probare operam dedit. Qualiscunque vero sit mens VLPIANI in L. 26, cuius interpretatio certe non omni difficultate caret; salua tamen res est, quum, praeter iuris analogiam evidenter, existent leges aliae eaeque clarissimae, 18 C. de usuris et 102 §. vlt. D. de solut. et liberat. per quas dubitare haud licet, quin usurae simpliciter indebitae, hoc est, nec promissae nec mora debitae, repeti possint; licet vel maxime iustiam haud excedant quantitatem atque fors ipsa debita sit.

## §. XII.

e) Ant. FABER Rationalia ad ff. ad L. 26. de cond. indeb. VOETIVS ad D. L. XII. T. VI. n. 13. HVBER. praelect. ad D. eod. Tit. n. 6. SCHILTER Prax. iur. Rom. Exercit. XXII. §. 5. et Exercit. XXIV. §. 37. LEYSER Med. ad D. sp. 148. med. 6.

f) Accursius ad L. 26. cit. plurimique veterum interpretum. Reinhard BACHOV ad TREVTLERVM Vol. I. D. 22. Th. 6. PERETZ ad Cod. L. IV. T. XXXII. n. 17 et 21.

---

### §. XII.

2) *In quibusnam casibus, usurarum indebito solutarum imputatio in sortem, et in quibusnam casibus repetitione earum, locum habeat.*

a) *Imputatio.*

Postquam disquisitum est, quaenam usurae, tamquam indebito solutae, tam sorti imputandae quam repetendae sint; sufficeret, ut dicamus: in quibusnam casibus imputationi, et in quibusnam repetitioni earum, locus sit, quibusque remedii ut liceat.

Multum autem in effectu interesse potest, vtrum usurae indebito solutae sorti imputentur, an ipsae repetantur. Quod ex ratione computationis, in imputandis sorti usuris seruanda, quae infra explicabitur, apparebit.

*Imputari autem in sortem usurae indebito solutae dicuntur, si debitor easdem de forte detrahit, seu, quod idem est, in compensationem cum forte deducit. Hinc, eas tantummodo usuras, quae ante sortem redditam, neutquam vero eas quae post sortem redditam indebito solutae sunt, sorti imputari posse g), statim apparent.*

*Duplici autem in casu usuras, ante sortem redditam indebito solutas, sorti imputari posse credo. PRIMO LOCO si quaestio, de usuris indebito solutis, inter creditorem et debitorem, ante sortem redditam moueat. Sive enim creditor aduersus debitorem, ad reddendam sortem, sive debitor aduersus creditorem, ad restituendas usuras indebito solutas, agat; in vtroque casu repetitioni obstabit compensatio; quippe quae sortem ipso iure minuat. Vnde est quod VLPIANVS, in principio legis 26. D. de condic. indebiti, dicat: *usuras, supra legitimum modum solutas, repeti quidem non posse sed sorti imputandas esse.* SECUNDO LOCO, usuras, ante sortem redditam indebito solutas, eo*

B 3

quoque

g) L. 18. C. de usuris.

quoque in casu sorti imputari posse credo, si debitor sortem iamiam reddiderit, et deinde lis, circa usuras indebitae solutas, inter debitorem et creditorem oriatur; tunc enim sortem ipsam, imputatis ei usuris indebitis, quasi indebitam repetere potest debitor; teste VLPIANO, in lege modo citata, dicente: *et si postea sortem soluerit, (debitor) sortem quasi indebitam repeti posse.* Merito autem ait Ictus: *quasi indebitam repetendam esse;* quoniam videlicet fors, per se quidem debita, sed, ob compensationem cum usuris immoderatis, quoad quantitatem concurrentem pro exsincta, ideoque iam quasi pro indebita, habenda est. Optime etiam illud pronunciatum VLPIANI congruit cum iis, quae ipse, in L. 10. §. 1. D. de compensat. generatim, de condicendo eo quod compensari potuisset, dixit; *nimirum: si quis igitur compensare potens soluerit, condicere poterit quasi indebitae soluto.*

### §. XIII.

*Cessat ius imputandi si debitor, sciens sibi id competere, sortem sponte restituit.*

Hic autem quaestio, dubia quodammodo, suboritur: num videlicet ei, qui, sciens sibi ius esse usuras indebitae solutas in sortem imputandi seu cum ea compensandi, sortem sponte restituat, hoc non obstante, ius usuras cum forte compensandi, et sortem ex hoc fundamento repetendi, saluum sit? Affirmando quidem haec quaestio videri possit, quum lex citata 10 de compensat. nec non L. 3. eod. et 30. D. de condic. indeb. generatim et vniuerse, de condicendo eo quod compensationis ope poterat non solui, loquantur; neque L. 26. D. de condic. indeb., sortis, quae cum usuris ultra modum solutis compensari potuisset, conditionem ylo modo restringat. Attamen clara firmaque est regula: indebiti, scienter soluti, nullam esse repetitionem. Quapropter, leges illae generales, cum hoc temperamento intelligendae sunt, *si errore inductus aut saltim non sponte soluerit, vt pote, si exceptio compensationis,* in

in iudicio allegata, a iudice tamquam illiquida reiecta fuerit *h*):  
 salua tunc est debitori, in reconuentione, non solum actio, ex  
 ipso negotio ex quo reciprocum debitum oritur, competens *i*);  
 verum etiam, ex fundamento compensationis poterat non sol-  
 vi *k*). Effectus enim compensationis pendet a sola veritate  
 non a liquiditate reciproci debiti, ita, vt, veritate reciproci  
 debiti ex post probata, debitum principale inde, retro  
 quoad summam concurrentem, eodem modo ac vera solu-  
 tione ex post demum probata, tollatur *l*). Quae cum  
 ita sint; recte colligendum inde esse puto, sortem, cui  
 vsluræ indebitæ solutæ imputari potuissent, hoc est quae  
 ob compensationem cum vsluris indebitæ solutis potuissent  
 non solvi, scienter et sponte a debitore redditam, in condi-  
 tionem non venire: modo debitori facultas valide soluendi  
 fuerit. Ex aduerso autem infero, si fors ex errore vel saltim  
 citra voluntatem a debitore redditâ sit; tunc vel vsluræ inde-  
 bite solutas condici, vel ipsam sortem, ope imputationis vslu-  
 rarum indebitæ solutarum in eandem, quasi indebitam, quoad  
 summam concurrentem, repeti posse.

#### §. XIV.

##### b) *Repetitio.*

Quum vero reus, qui compensationem sciens prudens-  
 que omittit, iuris quidem compensandi faciat iacturam, mini-  
 me vero aduersario debitum, quod in compensationem deduci  
 potuisset, remisisse videatur, sed actione, quam habet, in-  
 stituta,

*h*) L. 7. §. 1. D. de compensat.

*i*) Cit. L. 7. L. 8. §. 2. D. de negot. gest. L. 1. §. 4. D. de contrar.  
 tut. act. L. 18. §. fin. D. commodati. BECMANNORVM confilia.  
 resp. 7. n. 43.

*k*) L. 3. L. 10. §. 1. de compensat. L. 30. D. de condic. indeb.  
 BECMANN. l. c.

*l*) PUFFENDORF obseruat. P. I. obseru. 178. ibique laudati DDres.

stituta, id quod vicissim debetur, consequi possit m); sequitur, etiam debitorem, qui, omissa imputatione vñsurarum indebito solutarum in fortē, hanc consulto reddidit, iure meritoque tamen ipsas vñsuras, antea indebito solutas, condicōne indebiti aliisue remediis competentibus repetere. Locum itaque hic sibi vindicat *casus*, ubi ipsarum vñsurarum condicōne necessaria est. Alius adhuc accedit, si videlicet, forte iam redditā, vñsurae indebitae expensae sunt, ideoque eam minuere nequeunt. Vbi, vñsuras illegitimas, quasi fortē indebitam repetendas esse, ait Iſtus in L. 26. D. de condicōne indeb. Cur autem quasi fortē indebitam nec tamquam vñsuras indebitas? quarum nomine tamen solutae sunt vñsurae. Forsan, vti Antonius FABER in rationalibus ad D. ad hanc legem coniicit, quoniam vñsuras illegitimas, de quibus VLPIANVS agit, ne nomine quidem vñsurarum dignati sint Romani. Ast subtilitatem VLPIANI merito haud attendisse videtur Imperator PHILIPPVS, in lege 18. C. de vñsuris; dum generaliter, vñsuras indebitas, quarum nomine illegitimae etiam veniunt, post fortē redditam creditori datas, repetendas esse ait.

### §. XV.

#### Remedia quibus debitor vti possit.

Praeter conditionem indebiti, quae debitori, tum in repetendis ipsis vñsuris indebito expensis, tum in repetenda forte quasi indebito redditā, competit, etiam aliquando locum habet condicōne furtiva et sine causa. Atque illa quidem, in caſu quo creditor vñsuras indebitas scienter et mala fide accepit n). Haec vero in iis casib⁹ vbi, contra regulam, indebitum, etiamsi scienter solutum, per leges repeti licet. Sunt enim hi

m) L. 2. ff. de compenſat. L. 1. § 4. ff. de contrar. tut. et vñſi aet. arg. L. 17. ff. de euift. tot. tit. ff. de except. rei vend. et trad. VOETIVS ad D. L. XVI. T. II. n. 3.

n) L. 1. 8. D. de condicōne furt. LAVTERBACH coll. theor. pract. LXII. T. VI. § 12. STRVY. synt. iur. eod. §. 41. ibique MÜLLER. B. BÖHMER de act. S. II. C. V. §. 28.

hi casus ita comparati, vt ibi dominium vfurarum indebite solutarum, vel ob deficientem debitoris consensum, vel ob legis prohibitionem, non transferatur in creditorem: deficit itaque valida causa ex qua vfurae lucro creditoris cedere possint.

## CAPUT II.

### DE RATIONE COMPVTANDI, IN IMPVTANDIS SORTI VSVRIS INDEBITE SOLVTIS, TENENDA.

#### §. XVI.

I) *Si illegitima vfurae solvatae sint. Legibus hac de re expresse nihil sancitum.*

Vfurias, vltra modum legitimam a creditore acceptas, in fortē imputandas esse leges nostrae praecipiunt. Praeter VLPIANVM in lege 26 D. de condīt. indeb. et IVSTINIANVS ita constituit, in lege 25 C. de vfuris, dīfertis hisce verbis: *si quis autem contra modum huius fecerit constitutionis, nullam penitus de superfluo habeat actionem, sed et si acceperit, in fortē hoc imputare compelletur.*

De ratione autem computandi, in imputandis sorti vfuris illegitimis tenenda, quum nec VLPIANVS nec IVSTINIANVS dīferte et distincte statuerint; lītis materiam ea res dedit interpretibus, et, quae ab aliis proponitur, computandi ratio, ab aliis, tamquam iuri et aequitati aduersa, reprobatur. Impri-  
mis hac de re disceptatum est in materia de pignore antichre-  
stico. Cum enim in hoc pacto fructus loco vfurarum a cre-  
ditore percipientur, nullum dubium videtur, quin creditor an-  
tichresticus fructus naturales, modum vfurarum excedentes,  
ēadem computandi ratione in fortē imputare teneatur, qua  
alius quisquis creditor fructus ciuiles illegitimos sorti impu-  
tare obligatus est. Quod quidem, siue de expressa siue de ta-  
ta antichresi agatur, suo modo obtinere, quidquid alii con-  
tra

tra loquuntur, ex luculentissimis argumentis probatum dede-  
runt, Noodt *o*), LEYSER *p*), PFEENDORF *q*), STRUBEN *r*),  
Aug. Wilh. MOSER *s*), aliquie isti.

Meum igitur est inuestigare, quanam sit computandi ra-  
tio, in imputandis sorti vñoris aut fructibus naturalibus iusto ma-  
ioribus ante sortem redditam perceptis, seruanda *t*). Antea vero  
duplex obseruatio facienda; quarum prior haec est: dubia esse  
potest computandi ratio, tum si singulis annis solutae sint vñ-  
rae illegitimaes, tum si vnica tantummodo vice; neque tamen  
statim lis circa imputationem earum in sortem mota sit, sed  
debitor per plures adhuc annos modicas vñras soluerit. Al-  
tera obseruatio in hoc consistit, quod imputandi ratio dubia  
videri possit tantum in casu vbi debitor ad vñras praefandas  
obligatus, iusto maiores soluerit; neutquam vero in casu, quo,  
quum nullas deberet, illegitimas dederit: hic enim, quanam  
ex computandi rationibus communiter propositis et in sequen-  
tibus explicandis adhibeatur, parum interest.

### S. XVII.

#### *Variae computandi rationes ab interpretibus propositae.*

- a) *Computatio in foro haud recepta.*
- b) *Computatio in foro visitata.*

Duplex potissimum computandi ratio, toto coelo inter se  
diuersa, a doctoribus proponitur, et, vtra earum praferenda  
sit,

*o*) De foenore et vñris L. II. C. 9.

*p*) Med. ad D. Spec. CLVII. med. 1.

*q*) Obs. T. II. obs. 76. T. III. obs. 57.

*r*) Rechtliche Bedenkten Th. II. Bed. 69.

*s*) Differt rationem computationis fructuum ex pacto antichrestico  
perceptorum in foro receptam nec iuri nec aequitati conuenire  
Sect. I. §. 1 sqq.; quae exstat in Io. Fr. EISENHARTI opusculis iu-  
ridicis nr. 15.

*t*) Vñris illegitimis, secundum legum imperii sanctionem, adnume-  
randae etiam sunt semissales. Quae si solutae sint merito vel sorti  
imputantur vel repetuntur LEYSER sp. 245. med. 9 et 10.

fit, disceptatur. Quarum quidem altera hoc modo absolvitur, vt illegitimarum vñurarum quotanis solutarum summa simul et vna vice forti nondum redditae deducatur; forte vero restituta, haec, quoad concurrentem summam, repetatur. Fac ex. c. fortem mutuo datam = 1000 thal; vñuras legitimas quincunces, vulgo 5 p. 100, ideoque totius fortis = 50 thal.; foenus, solutum 10 p. 100 = 100 thal. Quod, si creditor per decem annos perceperisset; summa eius foret = 500 thal.: iam decimo anno, si de restituenda forte agatur, detracta foenoris illiciti summa, dimidia tantummodo fortis pars creditor i redonda esset.

Altera computatio (in vernacula *Staffelrechnung*) hoc modo instituitur: vñurae illegitimae, simulatque solutae, principale debitum statim pro quantitate concurrente minuunt; ita, vt sequenti quois anno et vñurarum legitima quantitas magis crescat et ipsa fors magis minuatur. Rem exemplo in tabula sequenti illustratam habes; vbi fortem = 1000 thal., vñuras legitimas quincunces, foenus annuatuum solutum = 100, ideoque 10 p. 100, et mutuum in fine anni 1770 contractum esse posui.

C 2

Tab.

Tab. I.

I. In fine	II. Vſuræ legitimæ.	III. ſoenus ſoint	IV. ſoenus exceedens.	V. ſors diminuta.
a. 1771 50	—	100 50	—	950
1772 47,5	—	100 52,5	—	897,5
1773 44.875	—	100 55,125	—	842,375
1774 42.11875	—	100 57.88125	—	784,49375
1775 39,2246875	—	100 60.7753125	—	723,7184375
1776 36,185921875	—	100 63,814078125	—	659,904359375
1777 32,99521796875	—	100 67,00478203125	—	592,89957734375
1778 29,6449788071875	—	100 70,35502113 8125	—	522,5445562109375
1779 26,127227810546875	—	100 73,872772189453125	—	448,671784021484375
1780 22,43358920107421875	—	100 77,56641079892578125	—	371,10537322255859375
1781 18,5552686611279296875	—	100 81,4447313388720703125	—	289,6606418836865234375
1782 14,48332094184326171875	—	100 85,516967905815673828125	—	204,143673977870849609375
1783 10,20718369889354248046875	—	100 89,7928 630110645751953125	—	114,350857676439208984375
1784 5,717542883382196044921875	—	100 94 2824571161617803955078125	—	20,0684005606026116943359375
1785 1,003420028030130584716796875	—	100 98 996579971960869415283203125	—	—78,948179411367257720947265625
Summa		1500 1078,928179411367257720947265625		

Tabula haec ita explicanda est: in fine anni 1770 sub  
vsuris locati sunt 1000 thal.; ideoque in fine anni 1771 credi-  
toris, vsurarum legitimarum nomine, soluendae erant 50 thal.  
Aet debitor in fine anni 1771 solvit 100 vsurarum nomine;  
ideoque 50 thal. supra legitimam quantitatem dedit. Qui,  
cum sorti statim imputentur, eam minuunt ad 950 vsque.  
Hinc vsurae legitimae, sortis iam deminutae, in fine anni  
1772 debitori praestandae, sunt tantummodo 47,5 thal.; sed  
debitori iterum soluit 100; detraictis itaque viuris legitimis a  
foenore soluto, foenus excedens est 52,5; quod sorti, anno  
antecedente iam deminutae, iterum imputatur, et sic eam mi-  
nuit ad 897,5 vsque etc. Denique in fine anni 1784 fors de-  
minuta = 20,068 cet. hinc in fine anni 1785 vsurae legitimae  
= 1,0034 cet. ergo foenus excedens = 100 — 1,0034 cet. =  
98,9965 cet.; atque 20,068 cet. — 98,9965 cet. = — 78,928  
cet. Quam summam creditor debitori iam reddere tenetur.

Posterior computandi ratio a plurimis DD. approbata, et  
in foro certe vslitata est *u*). Aet non deficiunt, qui eam, ob  
sumnum inde in creditorem redundans damnum, tamquam  
iniquissimam reprobent, eique priorem praferendam putent *v*).

### §. XVIII.

#### c) Computatio Kochiana.

Neutra illarum computandi rationum arridet III. Kochiow),  
isque tertiam computandi rationem, vtraque aequorem, teneri  
posse credit; si viurae supra legitimam quantitatem quotanuis  
solutae,

C 3 in iusta soluta.

*u*) CARPOV Def. for. P. III. const. 24. def. 15. pr. 3. BERLICH  
Conclus. pract. P. II. concl. I. pr. 4. STRYK vs mod. tit. de  
pignor. eti. §. 8. BEYER in VOLKM. emend. T.I. l. 38. pr. 15.  
FRÖMMANN Disl. de annorum reddituum et vsurarum natura §. 21.

*v*) AVGUST. GUILIELM. MOSER in Disl. supra §. XVI. nt. 5. allegata.  
POLACK in Mathefi forensi edit nouissi. p. 140.

*w*) In Meditationibus ad Schaumburgii comp. ff. med. 8.

solutae, tamquam fortis separatae, creditori vicissim quotannis creditae, et debitori cum usuris legitimis restituenda, considerentur; summa autem, quam hoc modo creditor debitori vicissim debeat, de forte principaliter detrahatur. Modus itaque computandi, in exemplo supra exhibito, sequens foret.

Tab. II.

<i>In fine anni</i>	<i>Foenus excedens</i>	<i>usurae foenoris excedentis</i>
1771	50	50
1772	50	2,5
1773	50	5,0
1774	50	7,5
1775	50	10,0
1776	50	12,5
1777	50	15,0
1778	50	17,5
1779	50	20,0
1780	50	22,5
1781	50	25,0
1782	50	27,5
1783	50	30,0
1784	50	32,5
1785	50	35,0
<i>Summa</i> —	750	262,5

Haec tabula ita explicanda est. In fine anni 1771 debitor creditori, usurarum nomine supra legitimam quantitatem, soluit 50 thal.; qui in fine anni 1772 reddiderunt, legitimarum usurarum nomine, 2,5 thal. In fine anni 1772 debitor iterum soluit, ultra legitimas usuras, 50 thal.; qui 50 thal., cum prioribus 50 thal., in fine anni 1773 reddiderunt tamquam usuras legitimas 5 thal.; simili ratione 50 thal. in fine anni 1773 soluti, cum 50 thal. duobus annis prioribus solutis, in fine anni 1774 reddiderunt 7,5 thal. etc; summa autem

autem foenoris excedentis, ab anno 1771 ad annum 1785  
vsque soluti, est = 750, et summa vsurarum legitimarum,  
quas debitor per idem tempus ex foenore excedente percipere  
potuisset, est = 262,5. Ast vero 750 + 262,5 = 1012,5;  
ideoque detracta hac summa de forte principali, creditor de-  
bitori in fine a. 1785 reddere teneretur 12,5 thal.

Explicatis iam variis computandi rationibus a DD. pro-  
positis, facile appareret, si in imputandis forti vsuris, vel illam  
computationem vi cuius fors ab initio minuitur, vel Kochia-  
nam adhibeamus, multum in effectu interesse, vtrum vsurae  
ipsae tamquam indebite solutae repetantur, an forti imputen-  
tur: contra vero, si teneamus priorem computationem, qua  
nimurum tantummodo integra vsurarum summa de forte de-  
ducitur, plane intuitu effectus nihil interesse, vtrum forti im-  
putentur vsurae, an repetantur.

### §. XIX.

*Ratio computandi adhibita distinctione determinanda est.*

Meo quidem iudicio, ea ratio computandi, qua vna vice  
summa foenoris illiciti de forte detrahitur, in plurimis casibus  
iuris analogia destituta, et creditori nimum fauorabilis est:  
approbo autem communem computandi rationem, qua fors sta-  
tim minuitur; sed adhibita tamen aliqua distinctione quam DD,  
vel neglexerunt, vel certe diserte non expresserunt: vtrum  
scilicet creditor bona fide iustoque facti errore ductus, an scienter  
mala fide, illicitas accepit vsuras; et in posteriori casu ratio-  
nem computandi communem tenendam esse puto.

### §. XX.

- a) *Si creditor in mala fide fuit et*
- a) fors ope imputationis vsurarum nondum deleta est, ra-*
- tio computandi in foro usitata defenditur.*

Vulgarem computandi rationem, contra creditorem scien-  
ter et mala fide vsuras illegitimas accipientem, admittendam  
esse,

esse, tum aequitatis ratio, tum iuris analogia, tum denique ipsa legum verba, euincere mihi videntur.

Nam debitor citra iniuriam prorsus obligari nequit ad pendendas usuras pro ea parte fortis, quam creditor iam recepit, et ex qua omnem utilitatem percipere potest. Ast creditor, foenus immodicum accipiens, re vera sortem pro quantitate concurrente sibi reddi, patitur. Quum autem usurae pro usu fortis debeantur, non possunt intelligi sublati usu pro quo debentur. Nihil itaque iniusti in eo esse puto, ut debitor ab onere expendendi usuras, pro illa parte fortis, creditori redita, liberetur et creditor, qui hasce usuras tamen accepit, easdem non lucretur. Hoc autem, et nihil aliud, per rationem computandi communem effici, ex ipso calculo in tab. I. exhibito appareat. Nimurum usurae legitimae in fine anni 1771 fuerunt 50 thal., debitor vero 100 expendens, 50 thal. plane indebitos soluit. Quorum acceptatione creditor sortem, pro quantitate concurrente, sibi reddi passus est. Debitor itaque iure meritoque obligari nequit ad pendendas pro hac parte, creditori iam redita, usuras legitimas, quae sunt 2,5. Quocirca in fine secundi anni 1772 usurae legitimae fortis, quae pro parte iam redditae est, duntaxat fuerunt 47,5. Dum vero debitor 100 thal. expedit; non solum 50 thal., sed etiam illas usuras partis redditae, ideoque 52,5 thal. indebito soluit; atque creditor eosdem acceptans partem fortis pro quantitate concurrente recepit. De partibus fortis autem, creditori in fine primi et secundi anni redditis, quae sunt 50 et 25,5 thal., debitor haud tenetur usuras legitimas, quae sunt 5,125 thal. expendere. Hinc legitimae usurae fortis, quae pro parte redditae est, in fine tertii anni fuerunt tantummodo 44,875. Debitor vero 100 pendens, 50 et illas 5,125, ideoque 55,125, indebito solvit etc. Hoc modo, si numeros, quibus usurae legitimae et excedentes in tabula representantur, consideramus, in aperto est, modum computandi communem ad aliud quid haud tendere, nisi ad hoc, ut creditor, in fine cuiusque anni partem fortis recipiens, sequenti anno non lucretur ex partibus fortis,

in

in fine annorum praecedentium redditis, vſuras quas sine iure a debitore accipit; in quo quidem nihil est iniquitatis.

Vtraque computandi ratione bene iam inter se comparata, immoderatum lucrum, quod, ex priori (qua scilicet semel tota summa foenoris excedentis de forte detrahitur) a nonnullis commendata, creditor, graui cum damno debitoris, perciperet, sub oculos cadit: nam hac adhibita, debitor, non solum vſu pecuniae, creditori singulis annis indebitae solutae, careret; verum etiam spenderet vſuras pro fortis partibus, quarum vſus ipsi amplius non effet. Ex aduerso autem, creditor, non modo integrae fortis debitori creditae vſuras perciperet, ex iisque iterum omnem capere posset vtilitatem; sed etiam omne lucrum, ex pecunia quotannis plane indebitae acceptata, suum faceret. Damnum itaque, quod debitor incurreret, ei lucrum, quod creditor inde caperet, in nostro exemplo in fine anni 1785 attingeret, si fractiones decimales negligamus, summam 328 thal. Quam quidem conditionis, inter debitorem et creditem interuenientis, inaequalitatem, per computationem in foro vſitatam, optime tolli ex antecedentibus manifestum est. Conuenit autem hic modus computandi communis, non rei naturae et aequitati solum, verum et iuris analogiae legumque verbis. Est enim expediti iuris compensationem, quae significat actum quo loco solutionis alteri in solutum imputatur id quod ipse vicissim debet, ipso iure fieri, ita, vt retro, ab eo tempore quo reciprocum debitum existit, omnes ei sint solutionis effectus x). Ast nullum profecto dubium, quin creditor, foenus immodicum acceptans, mox debitor sui debitoris inde fiat; siquidem ipse ad restituendum foenus statim perfecte obligatus sit. Quae itaque obligatio reddendi indebitum, quum a momento acceptationis indebiti oriatur, eamque ob causam praesens non futura sit; ita comparata est, vt compensationi locum faciat. Plane autem, compensatio foenoris illiciti, fieri nequit cum futuris vſuris illegitimis; quippe quae nondum

exigi

x) L. 4. L. 14. pr. C. de compensat. l. 10 et 21. ff. de compensat.

exigunt possint; sed sit compensatio cum ipsa sorte. Hinc sortem ope compensationis, cuius effectus sunt iidem ac solutionis, a momento soluti foenoris iusto maioris minui, atque usurarum concurrentis quantitatis cursum simul sisti <sup>y)</sup>, in aprico est. Quo ipso nostrae computationis iustitia evicta est.

Quibus accedit et hoc, quod leges, quemquam cum damno alterius locupletiorem fieri, aperte prohibent <sup>z)</sup>. Creditorem vero, si ei usurae pro ea parte fortis quam ipse iam tenet, et ex qua omnem percepit utilitatem, a debitore expenderentur; cum damno debitoris locupletiorem fieri supra iam monitum est.

Quid denique, verbis Iustiniani in lege 26 §. 1. C. de usuris, firmiori praefidio nobis esse potest? Iubet nimurum imperator: ut si quis aliquid contra modum constitutionis fecerit, nullum penitus de superfluo habeat actionem; sed et si acceperit, in sortem hoc imputare compelletur. Neque subsistit in his verbis; sed ea ad huc magis declarat, in sequentibus pergens: nam si quid huiusmodi factum fuerit, principale debitum ab initio ea quantitate minuetur, ut tam ipsa minuenda pars, quam usurae eius exigunt prohibeantur.

### §. XXI.

#### *Argumenta in contrarium refelluntur. Primum argumentum.*

Attamen modus computandi hactenus a me defensus, non sine specie, tum ex iure scripto, tum ex aequitatis praetextu, impugnari posse videtur. Duo autem omnino iuris scripti argumenta ab aduersariis obmouentur; quorum primum ex particulari solutione, in nostra computandi ratione comprehensa, depromptum est: quippe ad quam acceptandam debitorem, secundum legis dispositionem <sup>a)</sup>, haud adstrictum esse aint. Sed obiectio haec, prima specie apparens, re penitus perspecta

y) Cit. I. 4. l. 11 et 12. D. de compensat.

z) L. 206, de R. I. l. 14. D. de condic<sup>t</sup>, indeb,

a) L. 41. §. 1. D. de usur.

specta facile refellitur. Primum enim manifestum est, creditorum, acceptando usuras indebitas, statim debitorem sui debitoris fieri; indeque hunc ius compensandi consequi, quod nullo sub praetextu adimi ei potest. Deinde etiam dici haud potest: solutionem per partes creditorri obtredi; quippe qui, usuras indebitas scienter acceptans, solutionem particularem, necessario inde consequentem, sponte admisit et recepit; nec igitur de proprio suo facto conqueri potest. Ast, instabunt aduersarii: creditorem, qui errore inductus indebitum tamquam debitum accepit, pro agnoscente particularem solutionem habendum non esse. Recte id quidem, et res sic se habet. Verum nec ego contendo, rationem computandi, ab aduersariis impugnatam, contra eum, qui iusto errore inductus foenus immodicum accepit, tenendam esse; sed eandem tunc demum locum sibi vindicare arbitror, ubi creditor sciens foenus immodicum acceptauit. Ast de hac re in sequentibus suo loco agam.

### §. XXII.

#### *Secundum argumentum.*

Alterum iuris scripti argumentum depromptum est ex lege 28 C. de usur. anatocismum disertis verbis prohibente; quem autem a debitore, mediante nostra computatione, adversus creditorem committi, ex ipso calculo euincere credunt b). Manifestum videlicet esse aiunt: 2,5 illos thal., (Tabl. Colum. IV) quos debitor anno 1772 de forte deducit, esse usuras quincunces 50 thal. anno praecedente de forte deductorum; 1,125 thal. autem, quos iterum anno 1773 sorti deducit, esse usuras quincunces 50  $\frac{1}{2}$  5 thal. annis praecedentibus sorti deductorum. Porro 7,88125 thal., quos anno 1774 sorti deducit, esse usuras quincunces 50  $\frac{1}{2}$  5  $\frac{1}{2}$  5,125 thal., tribus annis praecedentibus, de forte deductorum etc. Calculo hoc modo ad annum 1785 ducto, sua sponte sequi, debitorem quotannis deducere de forte usuras usurarum, et hinc anatocismum eum committere. Verum quidem est,

D 2

nume-

b) KOCH l. c.



numeros, Colum. IV. expositos, quibus foenus excedens quotannis sorti deducendum repraesentatur, eosdem esse quos invenimus, si faciamus, alicui per 15 annos quotannis 50 thal. sub vsuris usurarum mutuo datos esse; sunt enim re vera usurae quincunces 50 thal. = 2,5; 50  $\ddagger$  52,5 thal. usurae = 5,125; 50  $\ddagger$  52,5  $\ddagger$  55,125 thal. usurae = 7,88125; etc. Inde autem, computatione nostrae anatocismum inesse, haudquaquam efficitur. Requiritur enim ad anatocismum lege prohibitum, ut creditor a debitor, usurarum adhuc debitaram usuram, cum manifesto debitoris damno, exigat. Quorum autem requisitorum nec unicum quidem applicari potest ad nostram computandi rationem. Primo enim, debitor hic plane considerandus non est tamquam creditor, qui suo creditori quotannis pecuniam sub usuris legitimis foenerat; sed tamquam debitor qui suo compensandi iure vitetur. Ideoque secundo loco, qualitas usurarum hic plane deficit: siquidem debitor illos 2,5; 5,125; 7,88125 caet. thal., non tamquam usuras, a credito sibi pro usu 50 thal. quotannis indebita solutorum debitas, earumque usuras; sed tamquam partes fortis, particulari solutione creditori redditas, de sorte principali deducit. Tertio denique loco, tantum abest, ut ratio legis, anatocismum in debitoris commodum prohibentis, hic locum sibi vindicet, ut potius, in computatione debitori adeo favorabili anatocismum quererere, a legis mente alienum sit. Aliud adhuc argumentum, ex analogia particularis solutionis expressim a creditore receptae desumtum, addere licet. Nimirum faciamus de particulari solutione, quae vocatur in vernacula Bezahlung auf Abschlag, eo modo partes inter se conuenisse, ut in arbitrium debitoris collatum sit, quantum singulis annis eo nomine creditori reddere velit: quo posito, si debitor quotannis 100 thal. solueret, eum in finem, ut creditori inde, tum quoad usuras legitimas, tum quoad fortis, satisfiat; aliam computandi rationem, quam nostram illam, haud posse teneri manifestum est: nec tamen in hoc casu anatocismi debitorem arguere in mentem alicui veniet. Cur autem expressae conventioni alium tribuamus effectum, quam tacitae? Haec, ut credo, sufficient ad demonstrandum, anatocismum

cismum plane hic non latere. Sed faciamus, quod tamen constanter nego, anatocismum nostrae computationi interuenire; et ne tunc quidem, eam aequitati legibusue contrariam esse, apparebit. Posito enim, anatocismum per nostram computandi rationem a parte debitoris committi; idem etiam dicendum erit de creditore; et hinc vtrinque compensabitur anatocismus. Nam demonstrari potest, nostra computandi ratione idem effici, quod efficeretur, si vsurae quotannis solutae tamquam separatae fortes, creditori vicissim mutuo datae, considerentur, et tunc ab utraque parte usurae usurarum computarentur; scilicet tum quas debitor ex forte, tum quas creditor ex foenore quotannis percepto, capere potuisset; atque deinde, foenore, usurae usurarumque usurae aucto, de forte, itidem usurae usurarumque usurae aucto, deducto, singulis annis determinaretur, quantum debitor creditori reddere obligatus sit. Hanc thesin meam per aliquot annos ad liquidum perduxisse sufficiat; eandem in quoconque anno veram esse, in parte mathematica suo loco demonstrabo.

I. In fine anni	II. Debitor ac- cepit forte:	III. Usurae et usurarum usurae for- tis sunt:	IV. Creditor foenoris no- mine accepit	V. Usurae et usurarum usurae foen- oris sunt:	VI. Foenore, usurae usurarumque usurae aucto, de forte, eadem ra- tione aucta, de- ducto, debitor creditori redde- re tenetur:
1770	1000		100	—	950
1771	—	50	100	—	897,5
1772	—	52,5	100	5	842,375
1773	—	55,125	100	10,25	842,375
1774	—	57,88125	100	15,7625	784,49375

Apparet ex his, numeros in columna VI expositos, quibus repreäsentatur fortis residuum, quod dato anno debitor creditori reddere tenetur, exācte conuenire cum numeris §. XVII. Tab. I. colum. V. expositis, quibus fors, vi compensationis quotannis deminuta, exprimitur.

D 3

§. XXIII.

---

### §. XXIII.

#### *Tertium argumentum.*

Sed annon iniquum est creditorem, mediante particulari solutione, quae computationi nostrae ineft, a debitore non accipere, simul cum forte, omnes vſuras legitimas quas percepturus fuifset, si debitor integrum forte retinuiffet? Sic in exemplo, §. XVII. Tab. I. expoſito, ſumma foris et legitimarum vſuram, quas per 15 annos foris reddit, eft 1750 thal. Quam autem ſummam, vti ex Colum. III. apparet, in fine anni 1785 ſalvam non habet; ſed mediante particulari ſolutione a debitore ſolummodo recepit 1500 thal.: ideoque iacturam 250 thal. facit: quod iniquiſſimum videtur. At vero ſibi ipſi imputet creditor, fi hanc faciat iacturam, quod acceptauit vſuras indebitas legibusque prohibitas, quas, fi forte m vna ſolutione recipere voluiffet, acceptare haud debuiffet: immo integrum eft creditor, pecuniam quotannis ſibi ſolutam ſtatiuum quum accepit elocare. Quo facto, ex ſolis vſuris foenoris excedentis ſummam illam 250 thal. ſaluam habebit. Eſt enim ſumma vſur. legit. quas creditor ex foenore excedente per 15 annos lucrari potuiffet, 328,928,179,411,367 etc. Deducto, de hac ſumma, reſiduo quod creditor in fine anni 1785 debitor reddere tenetur; exacte ſalvos habet 250 thal. Neque haec eft vniqa via qua creditor, ex pecunia quotannis acceptata, lucrum quaerere poſſit; ſed profecto patent ei aliae viae quamplures, quibus illud commodum saltim, quod legitimae vſurae redundant, percipere queat.

### §. XXIV.

#### *Kochiana computandi ratio reprobatur.*

Quid autem? nonne, per computandi rationem ab III. Kochio propositam, iuribus et creditoris et debitoris optime conſultur? quum hoc modo, et onus per partes fortem recipiendo a creditore remoueat, et debitor indemnis feruetur. Aſt, ſi pace viri illustris ſententiam meam modeſte dicere liceat, ea compu-

computandi ratio primum, analogiae conuenire haud videtur; quippe quia creditorem iure compensandi, quod merito hic locum sibi vindicare supra §. XX. demonstrauit, priuaret; deinde nec apta est verbis legum aperte iubentium, ut usurae illegitimaes forti imputentur eamque ab initio minuant <sup>c)</sup>: denique nec aequitas, cuius speciem praefert, vere ineft; sed inaequalis inde fieri videtur creditoris et debitoris conditio, quum ille quotannis paratam pecuniam usurarum nomine a debitore acciperet, eamque statim in suum commodum vertere posset, hic vero usurae legitimas pecuniae, creditori quotannis vicissim creditae, eo demum tempore, quo de restituenda forte ageretur, acciperet; ideoque commodo, medio tempore ex iis percipiendo, carere deberet. Inde autem conditionem debitoris et creditoris imparem fieri, neminem fore credo, qui inficias ire velit.

### §. XXV.

*Neque cum Leysero distinguendum, utrum, qui usurae iusto maiores accepit, actor sit, an reus.*

Singularis est sententia LEYSERI <sup>d)</sup> qui distinguuit, utrum creditor, qui usurae illegitimas accepit, actor sit fortemque nondum redditam petat, et exceptio immodi ci foenoris ei obiciatur, an reus sit, quum ipse, forte iam recepta, ad restituendas usurae indebitae solutas conueniat. Priori casu vulgarem computandi rationem, qua fors ab initio minuitur, locum sibi vindicare contendit; posteriori vero alteram, vi cuius scilicet femei tota summa foenoris immodi ci de forte deducitur, tenendam esse arbitratur. Ait LEYSERVS, nullam addens rationem, ad solum rei fauorem respexit videtur, et, si dicendum quod res est, haec distinctio solido fundamento haud nititur. Quid enim interest, utrum creditor actor sit an reus? eadem in utroque casu ratio. Primo loco compensationis effectus, ut per eam ipso iure

c) L. 26. §. 1. C. de usur.

d) Sp. 245. med. 10.

iure a momento existentis reciproci debiti tollatur debitum, in hoc casu non minus ac in illo locum habet. Debitori enim, qui sortem, quam illico cum foenore creditori quotannis soluto compensare potuisset, ex iusto errore vel saltim non sponte reddidit, ipsam sortem, quatenus ea ope compensationis minuta est, quasi indebitam repetere licet (§. XII): inde autem vulgaris computandi ratio sua sponte sequitur e). Secundo loco leges vniuerse praecipiunt: ne quis cum damno alterius locupletior fiat f); ergo nec reus, creditor, cum damno actoris, qui debitor est, locupletior fieri potest. Certe autem creditor, nisi vulgarem computandi rationem adhibeamus, cum damno debitoris locupletior fieret (§. XX).

### §. XXVI.

B) *Sorte deleta, quaenam computandi ratio tenenda sit.*

Quum facile fieri possit, vt, sorte vi computationis vulgaris deleta, per plures adhuc annos vsuram imundicæ solvantur; merito quaeritur: quaenam tunc computatio in repetendis vñis illegitimis tenenda sit g)? Iam quum, deleta sorte, compensatio sortis et vñurarum illicitarum amplius cogitari nequeat; facile appetet, priorem computandi rationem, quatenus ea in iure compensandi fundata est, hic omni applicatione carere; sed tenetur creditor vñuras illegitimis restituere, et quidem, ob malam fidem, cum omni eo quod interest. Hoc eo magis dicendum est, quum leges nostræ contra eum, qui scienter et mala fide indebitum accepit, eandem ac contra sumem tribuant actionem h). Interesse autem, quod creditor, si-

mul

e) BECMANNORVM Consil. et dec. Resp. VII. nr. 43.

f) L. 206. de R. I.

g) Exemplum rationis computandi, a STRYKIO ex actis excerptum et in vñu moderno ff. L. XIII. T. VII. §. 8. exhibutum, quoad eam partem in qua hyperocha post deletionem sortis debitori restituenda sistitur, equidem plane non intelligo, neque regulam certam, secundum quam calculus doctus sit, eruere possum.

h) L. 18. ff. de condic. furtiva, L. 43 pr. ff. de furtis.

mul cum pecunia post deletionem sortis quotannis indebite soluta, debitori restituere tenetur, regulariter aestimandum est ex quantitate usurarum legitimarum, quas debitor ex illa pecunia percipere potuisset; hic itaque Kochiana computatio locum habere potest.

### §. XXVII.

b) *Si creditor in bona fide fuit, et iusto errore inductus usuraras illegitimas accepit, cessat vulgaris computandi ratio.*

In imputandis sorti usuris illicitis modum computandi hanc tenus exppositum, vi cuius foenus excedens sortem quotannis ab initio minuit, alteri computandi modo, quo videlicet summa foenoris excedentis vna vice de sorte detrahitur, eo in casu in quo creditor sciens illicitas usuras accepit, longe praferendum esse demonstravi. Supereft alter casus, quem a priore separauit, si nimirum creditor, in bona fide constitutus iustoque facti errore ductus, illegitimas usuras accepit: veluti si creditor, maioris summae sortem sibi deberi, opinatus fuerit, eoque nomine usuras iusto maiores acceperit. Quo casu sortem non singulis annis, per repetitam foenoris excedentis imputationem, minui; sed semel, totam foenoris excedentis summam sorti detrahendam esse credo. Quod quidem iuris analogiae conuenit, ex qua appareat, omnia hic alia esse, quam in casu priori, ipasque rationes, annuam sortis diminutionem in priori casu suadentes, in hoc casu cesare imo obstarere. Atque primum quidem hoc in casu reciprocum, et quod exigi possit, creditum ex parte debitoris singulis annis statim existere nego. Nam qui indebitum bona fide accipit, non ex eo statim momento quo accipit, sed ex quo error patefactus est, ad restituendum indebitum obligatus esse mihi videtur *i*); certe, ante cognitionem

*i*) L. 5; §. 3. ff. de O. et A., §. 6. I. de oblig. quae quasi ex contr. §. 1. I. quib. mod. re contr. obl., LAVTERBACH colleg. theor. pract. L. XII. T. VI, §. 4.

tum probatumque errorem repeti nequit id, quod indebito folatum est. Alii deficiente reciproco, quod exigi possit, credito; compensationi plane locus non est <sup>k)</sup>. Deinde vero, particularem solutionem creditor iuris invito haud posse obrudi, manifesti iuris <sup>l)</sup> et aequitatis est. Creditor autem, qui, in bona fide constitutus et iusto errore ductus, accipit usurarum nomine pecuniam, quam sibi deberi opinabatur, hac ipsa acceptatione, forte per partes sibi solui, neutquam consensit, quum error consensum excludat. Denique nec leges nostrae, ex rationibus earum explicandae, imputationem foenoris illiciti in fortē generaliter praecipientes, ut haec imputatio statim ab initio fiat, alio in casu voluisse videntur, quam in eo, quo in mala fide versatus fuerit creditor.

### §. XXVIII.

2) Si legitimae quidem sed indebitae tamen solutae sunt usurae.

Supereft, vt paucis adhuc de computatione, in usuris haud quidem illicitis, ex alio autem fundamento indebitis, fortē imputandis, servanda differam. Quum enim eas, tam repetitioni, quam in fortē imputationi, non minus ac illegitimas, subiectas esse in §. VIII, demonstratum sit; merito hic quaeritur: quaenam computandi ratio, in imputandis iisdem in fortē, tenenda sit? Equidem in decidenda hac quaestione, perinde ac intuitu usurarum illegitimarum, discrimen faciendum esse puto cum consult. WEBERO <sup>m)</sup>, vtrum creditor bona fide et iusto errore captus, an sciens malaque fide, usuras, licitas quidem, sed indebitas tamen, acceperit. Priori in casu, quin eadem computandi ratio, ac si creditor usuras iusto maiores bona fide acceperit, locum habeat, nullum plane dubium. Sed altero etiam in casu, eadem computandi ratio, ac si usuras illi-

citatis

<sup>k)</sup> L. 7. L. 16. §. 1. D. de compensat.

<sup>l)</sup> L. 41. §. 1. D. de usur.

<sup>m)</sup> In tract. saepius laudato Sect. II. §. XXVII.

Citas mala fide acceperit creditor, tenenda videtur: siquidem rationes, quae exigunt, ut usurae illicitae mala fide acceptatae fortem quotannis minuant, etiam ad usuras, alio ex fundamento indebitas malaque fide acceptatas, quadrent. Etenim creditorem, qui dolose usuras indebitas, etiammodiccas, accipit, statim debitorem sui debitoris fieri, et in mora restituendi simul constitui, extra omnem dubitationem positum videtur; quum leges generatim eum, qui scienter et lucrandi animo indebitum accipit, furi similem dicant n), eamque ob causam conditionem furtiuam tribuant. Inde autem sequitur: usuras, modum quidem haud excedentes sed indebitas tamen et a creditore scienter acceptas, compensationi locum facere. Ast, compensationem a momento reciproci debiti existentis ipso iure fieri, omnesque secum habere solutionis effectus, inter omnes fere constat. Quoniam autem vulgaris computationis, in imputandis forti usuris illicitis seruandae, fundamentum, magis in iure compensandi, quam in immodesti foenoris odio positum est; eadem computatio merito etiam applicatur ad usuras moderatas quidem, sed indebitas tamen, et dolose a creditore acceptatas. Pro qua quidem sententia facere etiam videtur decisio SCAEVOLAE, in L. 102. §. 3. D. de solut. et liberat. qui interrogatus, an id, quod usurarum nomine amplius solutum esset quam, quod in stipulationem deductum, patefacto errore, sortem minueret? respondit: si ex errore plus in usuris soluisset (debitor) quam deberet, habendam rationem in fortem eius quod amplius solutum. Nec leue argumentum accedere videtur ex L. 18 C. de usuris, in qua imperator PHILIPPVS disertis verbis constituit: indebitas usuras, etiam ante sortem solutae non fuerint; sed post sortem redditam, ac propterea eam minuire non potuerint, repeti tamen posse. Veniunt autem sub nomine usurarum indebitarum, eae potissimum, quae nullo iure debentur; licet modum legibus praescriptum haud excedant. Dum itaque eas, si post sortem redditam solutae fuerint, repetendas esse dicit imperator, quoniam sortem tunc minuere amplius nequeant; eo ipso etiam indigit, easdem, sorte nondum redita

E 2

dita

n) L. 18. D. de condit. furt. L. 43. ff. de furtis.

dita solutas, fortē minuere. Proprie autem fors vſuris indebitē solutis minui dicitur, si vſuræ, statim cum solutæ fuerint, de ea detrahuntur. Tandem etiam quodammodo succurrunt L. 26. D. de condit. indeb. et L. 26. §. 1. C. de vſuris. Quae quidem leges cum ita conceptæ sint, vt ex iis annua fortis deminutio, per vſuras illegitimas, colligi possit; argumentum pro annua deminutione fortis, etiam in casu de quo hic nobis sermo est, suppeditare videntur.

## SECTIO II.

### DE ANNVIS REDITIBVS INDEBITE SOLVTIS VEL CONDICENDIS, VEL, MOX PENSIONIBVS DEBITIS MOX SORTI, DETRAHENDIS.

#### CAP. I.

##### DE IVRE REDITVS, INDEBITE SOLVTO, TAM REPETENDI, QVM DETRAHENDI.

#### §. XXIX.

- 1) *Quinam anni reditus, tamquam indebitē soluti, vel repeti, vel detrahi possint.*

In definiendis his, quae ad notionem diuisionemque annorum reddituum indebitorum spectant, facile applicari posse videntur ea quae, supra Sect. I. §. VII, circa vſuras dixi. Neque multis explicandum esse arbitror, quinam reditus, tamquam indebiti, vel detrahi, vel condici queant; siquidem hic omnia ad principia, doctrinae de conditione indebiti, communia redeunt. Quibus itaque ad annuos reditus applicatis; generatim dicendum est: omnes reditus, qui vel nullo iure, vel

ex

**ex** obligatione saltem inefficaci debentur, si ex errore soluti fuerint, vel detrahi, vel repeti posse. Nec dubitandum quin id, quod ultra modum legalem, in recessibus imperii o) determinatum, fuerit solutum, licet scienter facta sit solutio, repeti possit; quum omnis excessus ipsa lege penitus reprobatus, eamque ob causam redditum illicitorum, perinde ac usurarum immoderatarum, condicatio concedenda sit.

### §. XXX.

2) *Annui reditus indebite soluti, vel pensionibus debitibus, vel pretio detrahuntur, vel repetuntur.*

Triplex autem est ratio, qua consulere tibi possit is, qui indebitas pensiones ex errore soluit, ut videlicet easdem, vel de pensionibus adhuc debitibus, vel de pretio, seu forte, detrahat, vel ipsas repeatat. Quorum autem mediorum usus a circumstantiarum diuersitate, et ex eo maxime pendet, vtrum ante factam redemtionem, an vero post eam, de condicendis aut detrahendis redditibus indebite solutis, agatur. Quod quidem distinctius explicandi in sequentibus periculum faciam.

### §. XXXI.

3) *Quid obtineat*

a) *si ante factam redemtionem de restituendis redditibus indebite solutis agatur et*  
a) *pensiones debitae restent.*

Iam itaque PRIMO LOCO, si ante factam redemtionem de restituendis redditibus indebite solutis agitur, ad hoc potissimum respiciendum est, vtrum restent pensiones debitae adhuc soluendae, nec ne. Priori in cau reditus indebite soluti de pensionibus iam debitibus detrahendi sunt: neque enim simpliciter

E 3

o) De a. 1548. t. 17. §. 8. et 1577. t. 17. §. 9.

pliciter repeti possunt redditus indebitus soluti, quoniam condictioni obstat exceptio compensationis cum redditibus adhuc debitis: neque etiam eosdem de pretio detrahi posse manifestum est; quippe quod ante factam redemtionem nondum debitum p). Ast hyperoqua indebiti, si qua inueniatur, statim etiam repeti posse videtur: haud enim creditori obstat exceptio compensationis; quippe quae ponit, ut eo tempore, quo obmouetur, debitum in compensationem deducendum iam exigitur. Ast vero hoc in casu futurae pensiones, quarum dies nondum venit, debitum praefens dici nequeunt; ideoque nec in compensationem deduci possunt.

### §. XXXII.

#### b) Si nullae pensiones debitae restent.

Neque altero in casu, nimirum vbi nullae restent pensiones debitae quibuscum pensatio fieri queat, quicquam obstat videtur, quo minus redditus indebiti statim condici possint.

### §. XXXIII.

#### b) Si post redemtionem agatur

##### a) de pensionibus ante restitutionem pretii indebito solutis.

*SECVNDO LOCO, si venditor redemerit redditus, neque pensiones adhuc debitae, de quibus indebito soluta detrahi possint, restent; nullum dubium quin id quod reditum nomine, vel ante factam redemtionem, vel etiam post eam, sed tamen ante restitutionem pretii, indebito solutum est, ac de cuius restitutione venditor agit, ipsi pretio detrahi liceat. Ex quo enim venditor, prout ius ei est, voluntatem redimenti redditus sufficienter declaravit, debitor pretii redemtionis fit q); hoc vero, cum redditibus indebito solutis sibique restituendis, merito compeniat. Quid autem? si venditor, praevia redemtione pretium reddens,*

p) BECMANNORVM Consil. I. c. nr. 46.

q) BECMANN. I. c.

reddens, omiserit compensationem, anne ei saluae sunt pensiones indebite solutae? Quod sine dubio, aequo ac in usuris, affirmandum, ita, ut venditori, si sciens prudensque compensationem pretii et redditum indebite solutorum omiserit, salua tamen sit condicatio ipsarum pensionum; sin autem, vel errore, vel ex sententia iudicis, ius compensandi tamquam illiquidum reiiciente, restituerit pretium, electio sit in reconuentione, vtrum pensiones indebite solutas condicere, an vero ipsum pretium, quatenus per compensationem minutum eamque ob causam quasi indebite solutum est, repetere velit r).

### §. XXXIV.

#### *¶) De pensionibus post restitucionem pretii indebite solutis.*

Denique id, quod, facta iam resignatione pretioque restituto, redditum nomine indebite adhuc solutum est, condici posse in aprico videtur.

### CAP. II.

#### DE RATIONE COMPUTANDI QVAE, IN IMPVTANDIS PRETIO REDITIBVS INDEBITE SOLVTIS, TENENDA EST.

### §. XXXV.

#### *¶) Si de pensionibus, ante redēmptionem indebite solutis, agatur.*

Praemissis his, quae ius redditus indebite solutos, vel condicendi, vel detrahendi, tum de pensionibus debitibus tum de pretio ipso, concernunt; iam determinanda est ratio computandi

tunc

r) S.I. §. XII. sqq. Magni autem, hoc saltim in casu ubi redditus post factam redēmptionem, nondum vero restituto pretio, indebite soluti fuerint, in effectu interest posse, vtrum pensiones qua indebitae condicantur, an ipsum pretium quasi indebitum repeatatur, apparet postquam de ratione computandi in sequentibus actum erit.

tunc tenenda, vbi, post redemptionem annuorum reddituum, de imputandis, seu quod idem est detrahendis, pretio pensionibus indebite solutis, quaesito moueaturs).

Sollicite hic, pensiones ante resignationem contractus indebite solutas, a pensionibus post resignationem indebite solutis, distinguendas esse arbitror.

Quod ad priores attinet, ratio easdem pretio imputandi semper ea est, ut summa omnium pensionum, singulis annis indebite solutarum, pretio detrahatur. Neque illa computandi ratio, quae intuitu usurarum indebite solutarum adhibenda est, vi cuius scilicet fors ab initio, seu retro a tempore soluti indebiti, minuitur, hic ad reditus, ante redemptionem indebite solutos, ita applicari potest, vt pretium, vi redemptionis restituendum, statim ab initio minuatur.

Etenim, hanc computandi rationem maxima ex parte in iure compensandi fundatam esse, supra demonstrauimus.

Ast vero, yti in omni emtionis venditionis contractu vendor, intuitu quidem mercis nondum solutae, minime vero intuitu pretii accepti, debitor emtoris dici potest; ita etiam, in negotio annuorum reddituum redimibiliuum vendor, pensionum quidem, neutquam vero fortis debitor existit; squidem huius restitutio non est in obligatione, sed in praestatione t); nec quisquam rei merae facultatis debitor dicendus est u).

Quam ob causam, quum eo tempore, quo anni redditus indebite soluti sunt, ante videlicet redemtionem, pretium nondum fuerit debitum reciprocum et praefens; sequitur compensationem, quae inter redditus indebite solutos et pretium facta redemtione locum sibi vindicat, non nisi a tempore redemtionis effectus habere posse. Atque inde oppido patet, vendori, qui facta redemtione pensiones, ante redemtionem indebite solutas

s) Etenim, ante redemtionem de imputandis pretio redditibus indebite solutis plane quaeri haud posse, ex antecedentibus manifestum est.

t) L. 6. §. 1. de re iudic. BECMANNORVM l. c.

u) L. 9. §. 1. D. qui pot. in pign. BECMANNORVM l. c.

lutas, ex fundamento iuris compensandi pretio, emtori iam restituendo, imputare seu detrahere intendit; ea ratione computare haud licere ac si pretium statim ab initio deminutum sit; sed tantummodo summa, omnium pensionum indebite solutarum, detrahere ei fas esse. De cetero facile apparet, hic ratione modi computandi nihil interesse, vtrum bona, an mala, fide emtor pensiones indebitas acceperit; venditorem autem, iure meritoque, aduersus dolosum emtorem, simul cum pensionibus indebite solutis, id quod interest persequi.

### §. XXXVI.

#### 2) Si de pensionibus, post redemtionem indebite solutis, agatur.

Facile fieri posse videtur, vt etiam post redemtionem pensiones indebitae soluantur. Fac ex. c. defunctum voluntatem redimendi sufficienter iam declarasse, eiusque heredem, iusto errore captum, per plures adhuc annos pensiones ultra legitimam quantitatem soluisse.

In eiusmodi casu rationem computandi, in imputandis pretio pensionibus indebite solutis tenendam, eodem modo determinandam esse arbitror, quo supra, intuitu vsurarum fortis imputandarum, determinata est computandi ratio. Parem enim hoc loco esse rationem apparet; quum venditor statim, post factam redemtionem, debitor emtoris, intuitu pretii vi redemtionis restituendi, existat. Iam itaque, si venditor deinde pensiones indebitas soluat, emtor vicissim debitor venditoris indebet; ideoque compensatio, ex qua computatio imprimis determinanda est, inter pretium et pensiones indebite solutas locum sibi vindicat, atque eius effectus statim incipiunt a tempore reciprocii debiti existentis, id est, statim a tempore solutionis pensionum indebitarum. Quae quum ita sint, secundum ea quae supra intuitu vsurarum exposui; distinguendum est vtrum bona, an mala fide, emtor redditus indebitos acceperit; illo in casu

F

nec

nec pensiones illegitimae nec legitimae, quae tamen alio ex fundamento indebite solutae sunt, pretium ab initio minuere possunt; sed tota summa earum sorti detrahenda est: altero autem in casu, pensiones, siue sint illegitimae siue alio ex fundamento indebitae, pretium omnino, statim a tempore solutionis, minuunt. Neque interest utrum venditor reus, an actor sit, seu quod idem est, utrum venditor, ab emtore ad reddendum pretium conuentus, exceptionem iuris imputandi pensiones indebite solutas, hoc est, exceptionem compensacionis opponat; an ipse, inscius iuris compensandi sibi competentis iustoque ex errore, pretium restituerit, atque deinde in reconuentione pretium quasi indebitum repetere velit: nam etiam in hoc casu ita repetere potest pretium, ac si ab initio minutum sit.

---

## TRACTATIO MATHEMATICA.

### §. I.

#### *Problema.*

Sistenda est formula generalis, repraesentans sortem, secundum rationem computationis, quae in iure compensandi fundata, et in antecedentibus Sect. I. §. X. exposita est, diminutam, in quois anno; a primo inde usque ad eum in quo tota fors absorbetur.

### §. II.

#### *Resolutio et demonstratio.*

Faciamus itaque

$$\text{I) Sortem} = c$$

$$\text{II) Legitimas usuras mediante parte quota expressas} = \frac{1}{q}$$

III)

$$\text{III) Vsuras illegitimas} = \frac{1}{b} > \frac{1}{q}. \quad \text{Ideoque}$$

$$\text{IV) Vsuras legitimas fortis} = \frac{c}{q}$$

$$\text{IV) Foenus solutum} = \frac{c}{b}.$$

### §. III.

Ad sistendam vero formulam generalem ante omnia requiritur, ut loco quotientis  $\frac{c}{b}$  substituamus alium cuius divisor sit  $q$ . Inuenienda igitur est fors cuius legitimae vsurae sunt  $= \frac{c}{b}$ . Erit haec fors  $= q \cdot \frac{c}{b} = a$ . Ideoque legitimae eius

$$vsurae = \frac{a}{q} = \frac{c}{b}.$$

### §. IV.

Hisce praemissis erit fors  $c$ , singulis annis per imputationem vsurarum diminuta, in fine anni  $m = a - (c - a) \cdot (q + 1)^m$

$\frac{qm}{q m}$  Quod quidem in sequentibus demonstraturus sum.

### §. V.

In fine anni Primi

$$\text{I) Legitimae vsurae} = \frac{c}{q}$$

$$\text{II) Foenus solutum} = \frac{a}{q}$$

$$\text{III) Foenus excedens} = \frac{a}{q} - \frac{c}{q}$$

$$\text{IV) Sors diminuta } c - \left( \frac{a}{q} - \frac{c}{q} \right) = c + \frac{c}{q} - \frac{a}{q} = c + \frac{c - a}{q}$$

F 2

In

In fine anni Secundi

$$\text{I) Vfurae legitimae} = \frac{c}{q} + \frac{c-a}{q^2}$$

$$\text{II) Foenus solutum} = \frac{a}{q}$$

$$\text{III) Foenus excedens} = \frac{a}{q} - \left( \frac{c}{q} + \frac{c-a}{q^2} \right)$$

$$\begin{aligned}\text{IV) Sors deminuta} &= c + \frac{c-a}{q} - \left[ \frac{a}{q} - \left( \frac{c}{q} + \frac{c-a}{q^2} \right) \right] \\ &= c + \frac{c-a}{q} + \frac{c}{q} + \frac{c-a}{q^2} - \frac{a}{q} \\ &= c + \frac{2(c-a)}{q} + \frac{c-a}{q^2}\end{aligned}$$

In fine Tertii anni

$$\text{I) Vfurae legitimae} = \frac{c}{q} + \frac{2(c-a)}{q^2} + \frac{c-a}{q^3}$$

$$\text{II) Foenus solutum} = \frac{a}{q}$$

$$\text{III) Foenus excedens} = \frac{a}{q} - \left( \frac{c}{q} + \frac{2(c-a)}{q^2} + \frac{c-a}{q^3} \right)$$

$$\begin{aligned}\text{IV) Sors deminuta} &= c + \frac{2(c-a)}{q} + \frac{c-a}{q^2} - \\ &\quad \left[ \frac{a}{q} - \left( \frac{c}{q} + \frac{2(c-a)}{q^2} + \frac{c-a}{q^3} \right) \right] \\ &= c + \frac{2(c-a)}{q} + \frac{c-a}{q^2} + \frac{c}{q} + \frac{2(c-a)}{q^2} + \frac{c-a}{q^3} - \frac{a}{q} \\ &= c + \frac{3(c-a)}{q} + \frac{3(c-a)}{q^2} + \frac{c-a}{q^3}\end{aligned}$$

In fine Quarti anni

$$\text{I) Vfurae legitimae} = \frac{c}{q} + \frac{3(c-a)}{q^2} + \frac{3(c-a)}{q^3} + \frac{c-a}{q^4}$$

$$\text{II) Foenus solutum} = \frac{a}{q}$$

$$\text{III) Foenus excedens} = \frac{a}{q} - \left( \frac{c}{q} + \frac{3(c-a)}{q^2} + \frac{3(c-a)}{q^3} + \frac{c-a}{q^4} \right)$$

$$\text{IV) Sors deminuta} = c + \frac{3(c-a)}{q} + \frac{3(c-a)}{q^2} + \frac{c-a}{q^3} -$$

$$\left[ \frac{a}{q} - \left( \frac{c}{q} + \frac{3(c-a)}{q^2} + \frac{3(c-a)}{q^3} + \frac{c-a}{q^4} \right) \right]$$

$$= c + \frac{3(c-a)}{q} + \frac{3(c-a)}{q^2} + \frac{c-a}{q^3} + \frac{c}{q} + \frac{3(c-a)}{q^2} +$$

$$+ \frac{3(c-a)}{q^3} + \frac{c-a}{q^4} - \frac{a}{q}$$

$$= c + \frac{4(c-a)}{q} + \frac{6(c-a)}{q^2} + \frac{4(c-a)}{q^3} + \frac{c-a}{q^4}$$

Calculo hoc modo continuato inuenitur sors

In fine anni Quinti

$$= c + \frac{5(c-a)}{q} + \frac{10(c-a)}{q^2} + \frac{10(c-a)}{q^3} + \frac{5(c-a)}{q^4} + \frac{c-a}{q^5}$$

In fine anni Sexti

$$= c + \frac{6(c-a)}{q} + \frac{15(c-a)}{q^2} + \frac{20(c-a)}{q^3} + \frac{15(c-a)}{q^4}$$

$$+ \frac{6(c-a)}{q^5} + \frac{c-a}{q^6}$$

In fine anni Septimi

$$= c + \frac{7(c-a)}{q} + \frac{21(c-a)}{q^2} + \frac{35(c-a)}{q^3} + \frac{35(c-a)}{q^4}$$

$$+ \frac{21(c-a)}{q^5} + \frac{7(c-a)}{q^6} + \frac{c-a}{q^7}$$

In fine anni Octaui

$$= c + \frac{8(c-a)}{q} + \frac{28(c-a)}{q^2} + \frac{56(c-a)}{q^3} + \frac{70(c-a)}{q^4}$$

$$+ \frac{56(c-a)}{q^5} + \frac{28(c-a)}{q^6} + \frac{8(c-a)}{q^7} + \frac{c-a}{q^8}$$

In fine anni Noni

$$= c \pm \frac{9(c-a)}{q} \pm \frac{36(c-a)}{q^2} \pm \frac{84(c-a)}{q^3} \pm \frac{126(c-a)}{q^4}$$

$$\pm \frac{126(c-a)}{q^5} \pm \frac{48(c-a)}{q^6} \pm \frac{36(c-a)}{q^7} \pm \frac{9(c-a)}{q^8} \pm \frac{c-a}{q^9}$$

In fine anni Decimi

$$= c \pm \frac{10(c-a)}{q} \pm \frac{45(c-a)}{q^2} \pm \frac{120(c-a)}{q^3} \pm \frac{210(c-a)}{q^4}$$

$$\pm \frac{210(c-a)}{q^5} \pm \frac{210(c-a)}{q^6} \pm \frac{120(c-a)}{q^7}$$

$$\pm \frac{45(c-a)}{q^8} \pm \frac{10(c-a)}{q^9} \pm \frac{c-a}{q^{10}}$$

§. VI.

I) *Demonstratio legis secundum quam exponentes diuisorum crescunt.*

Iam apparet, in omnibus hisce seriebus, legem exponentium, in diuisoribus obtinentem, hanc esse: In primo termino exponens est  $= 0$ , in secundo  $= 1$ , in tertio  $= 2$ , et secundum hanc rationem crescent exponentes ad ultimum usque terminum, in quo exponens attingit numerum anni cuius in fine fors deminuta est.

§. VII.

Atque haec lex in quoouis anno dato locum habet. Fac enim fortē deminutam, secundum legem modo propositam, esse, in fine anni indeterminati  $m$ ,  $= c \pm \frac{A(c-a)}{q} \pm \frac{B(c-a)}{q^2}$

$$\dots \pm \frac{O(c-a)}{q^n} \pm \frac{P(c-a)}{q^{n+1}} \pm \frac{Q(c-a)}{q^{n+2}} \dots \pm \frac{c-a}{q^m}$$

Ideoque

I)

$$\text{I) Vsurae legitimae, in fine anni } m \oplus 1, = \frac{c}{q} \oplus \frac{A(c-a)}{q^2}$$

$$\oplus \frac{B(c-a)}{q^3} \dots \oplus \frac{O(c-a)}{q^{n+1}} \oplus \frac{P(c-a)}{q^{n+2}} \oplus \frac{Q(c-a)}{q^{n+3}} \\ \dots \oplus \frac{c-a}{q^{m+1}}$$

$$\text{II) Foenus in fine anni } m \oplus 1 \text{ solutum} = \frac{a}{q}; \text{ Hinc}$$

$$\text{III) Foenus excedens} = \frac{a}{q} - \left( \frac{c}{q} \oplus \frac{A(c-a)}{q^2} \oplus \frac{B(c-a)}{q^3} \right. \\ \dots \oplus \frac{O(c-a)}{q^{n+1}} \oplus \frac{P(c-a)}{q^{n+2}} \oplus \frac{Q(c-a)}{q^{n+3}} \dots \oplus \frac{c-a}{q^{m+1}} \left. \right)$$

$$\text{IV) Sors deminuta, in fine anni } m \oplus 1, = c \oplus \frac{A(c-a)}{q}$$

$$\oplus \frac{B(c-a)}{q^2} \dots \oplus \frac{O(c-a)}{q^n} \oplus \frac{P(c-a)}{q^{n+1}} \oplus \frac{Q(c-a)}{q^{n+2}}$$

$$\dots \oplus \frac{c-a}{q^m} - \left[ \frac{a}{q} - \left( \frac{c}{q} \oplus \frac{A(c-a)}{q^2} \oplus \frac{B(c-a)}{q^3} \right. \right. \\ \dots \oplus \frac{O(c-a)}{q^{n+1}} \oplus \frac{P(c-a)}{q^{n+2}} \oplus \frac{Q(c-a)}{q^{n+3}} \dots \oplus \frac{c-a}{q^{m+1}} \left. \right] \left. \right]$$

$$= c \oplus \frac{A(c-a)}{q} \oplus \frac{B(c-a)}{q^2} \dots \oplus \frac{O(c-a)}{q^n} \oplus \frac{P(c-a)}{q^{n+1}}$$

$$\oplus \frac{Q(c-a)}{q^{n+2}} \dots \oplus \frac{c-a}{q^m} \oplus \frac{c}{q} \oplus \frac{A(c-a)}{q^2} \oplus \frac{B(c-a)}{q^3}$$

$$\dots \oplus \frac{O(c-a)}{q^{n+1}} \oplus \frac{P(c-a)}{q^{n+2}} \oplus \frac{Q(c-a)}{q^{n+3}}$$

$$\dots \oplus \frac{c-a}{q^{m+1}} - \frac{a}{q}$$

$$= c \oplus \frac{(A \oplus 1) \cdot (c-a)}{q} \oplus \frac{(A \oplus B) \cdot (c-a)}{q^2}$$

$$\dots \oplus \frac{(O \oplus P) \cdot (c-a)}{q^{n+1}} \oplus \frac{(P \oplus Q) \cdot (c-a)}{q^{n+2}} \dots \oplus \frac{c-a}{q^{m+1}}$$

§. VIII.

### §. VIII.

Manifestum itaque est, legem §. VI. expositam, si vno aliquo anno indeterminato locum ea habeat, proximo etiam anno in locum sibi vindicare. Nam autem anno 1; 2; 3; 4 et inuenimus illam legem. Hinc ponamus  $m = 5$ ; sequitur eam etiam obtinere anno  $m + 1 = 6$ . Faciamus porro  $m = 6$ ; eadem etiam valet anno  $m + 1 = 7$ ; et sic in infinitum.

### §. IX.

Si in quacunque serie, sortem deminutam repraesentante, duas partes distinguiamus, quarum prima tantummodo terminum primum est, altera reliquos terminos comprehendit omnes tunc in hac secunda parte exponens singuli cuiusque termini, simul numerum eius, seu locum ab initio seriei indicabit. Ex. terminus in quo diuisor ad tertiam dignitatem eleuator est, tertius est terminus, et terminus in quo ad dignitatem  $n + 1$  eleuator, est terminus  $n + 1$ . Numerus autem omnium terminorum secundae partis, aequalis est numero anni, in quo deminuta est sors (§. VI).

### §. X.

Hinc numerus omnium terminorum, quorum serie exprimitur sors deminuta, vnitate excedit numerum anni cuius in fine deminutio facta est. Atque series, proximo anno, sortem deminutam repraesentans, uno termino superat seriem antecedentis anni.

### §. XI.

#### II) Demonstratio legis coefficientium.

Coefficiens cuiusque termini, in serie qua sors deminuta proximo anno exprimitur, est summa coefficientium duorum terminorum in serie anni antecedentis: nimirum termini qui eundem

eundem et qui proxime antecedentem locum in hac serie tenet. Ita v. c. anno m, sunt A et B, in parte secunda seriei, coefficientes termini secundi et tertii; anno m  $\oplus$  1 vero pertinent ad terminum tertium. Ita P et Q anno m pertinent ad terminum n  $\oplus$  1 et n  $\oplus$  2; anno m  $\oplus$  1 vero ad terminum n  $\oplus$  2.

### §. XII.

Sub coefficiente primo secundo tertio etc. n  $\oplus$  1<sup>mo</sup> etc. intelligamus coefficientes termini, seu membra primi, secundi, tertii etc. n  $\oplus$  1<sup>mi</sup> in secunda parte seriei. Neque unitatem, qua semper multiplicata est prima pars c, coefficientibus adnumeremus.

### §. XIII.

*Vltimus coefficiens in omnibus seriebus, fortē deminutam experientibus est = 1.* Etenim si uno aliquo anno hoc verum est; sequitur idem etiam proximo anno verum esse. Quoniam enim, singulis annis, series uno membro augentur (§. X); deficit in serie anni praecedentis membrum eiusdem numeri ac vltimum membrum in serie anni proximi. Ideoque coefficiens, vltimi membra, in serie anni proximi, aequalis erit vltimo coefficienti in serie anni praecedentis (§. XI). Est autem anno I, II, III, IV, vltimus coefficiens = 1; ergo etiam anno V; fin autem anno V, etiam anno VI et sic porro.

### §. XIV.

*Primus coefficiens aequalis est numero anni in quo fors deminuta est.* Sic v. c. anno Primo primus coefficiens est = 1, anno Secundo = 2 etc. (§. V). Enim vero si, anno indeterminato m, primus coefficiens A sit = m; anno proximo m  $\oplus$  1 erit = m  $\oplus$  1 (§. VII). Est autem anno Quarto primus coefficiens = 4 (§. V). Ponamus itaque m = 4; erit, anno m  $\oplus$  1 = 5, primus coefficiens = m  $\oplus$  1 = 5; et si ponamus m = 5, idem valet anno m  $\oplus$  1 = 6; etc.

G

### §. XV.

---

### §. XV.

*Secundus coefficiens est summa numerorum naturalium, ab unitate usque ad cum numerum inclusive, qui unitate minor est quam numerus anni: sic v. c. secundus coefficiens anno Tertio  $= 3 = 1 \oplus 2$ ; anno Quarto  $= 6 = 1 \oplus 2 \oplus 3$ . Etenim si, anno indeterminato  $m$ , secundus coefficiens est  $= 1 \oplus 2 \oplus 3 \dots \oplus m - 2 \oplus m - 1$ ; secundus coefficiens anno  $m \oplus 1$  erit  $= 1 \oplus 2 \oplus 3 \dots \oplus m - 2 \oplus m - 1 \oplus m$  (§. XI et XIV). Atqui vera est nostra subsumptio de annis 1. 2. 3 et 4; ideoque valet conclusio ad annum 5: et si de anno 5; valet etiam ad annum 6: et sic porro.*

### §. XVI.

*Est itaque anno  $m$  secundus coefficiens  $= 1 \oplus 2 \oplus 3 \dots \oplus m - 2 \oplus m - 1 = \frac{m(m-1)}{1 \cdot 2}$*

### §. XVII.

*Tertius coefficiens exprimitur quotiente cuius dividendus est productum ex tribus numeris naturalibus, quorum maximus aequalis est numero anni, divisor vero  $= 1 \cdot 2 \cdot 3$ ; v. c. tertius coefficiens anno Tertio  $= 1 = \frac{3 \cdot 2 \cdot 1}{1 \cdot 2 \cdot 3}$ ; anno Quarto  $= 4 = \frac{4 \cdot 3 \cdot 2}{1 \cdot 2 \cdot 3}$  (§. V). Fac enim tertium coefficentem anno  $m$  esse  $= \frac{m(m-1) \cdot (m-2)}{1 \cdot 2 \cdot 3}$ ; erit tertius coefficiens, anno  $m \oplus 1$ ,  $= \frac{m(m-1) \cdot (m-2)}{1 \cdot 2 \cdot 3} \oplus \frac{m(m-1)}{2 \cdot 2} = \frac{m(m-1)}{1 \cdot 2} \cdot \left( \frac{m-2 \oplus 3}{3} \right)$   $= \frac{m(m-1) \cdot (m \oplus 1)}{1 \cdot 2 \cdot 3} = \frac{(m \oplus 1) \cdot m \cdot (m-1)}{1 \cdot 2 \cdot 3}$ . Ait*

formula

formula haec locum habet anno Quarto = m; ideoque locum etiam habere debet anno  $m \pm 1 = \varsigma$ : fin autem anno Quinto; etiam anno Sexto etc.

### §. XVIII.

*Quartus coefficiens itidem exprimitur quotiente cuius dividendus est productum ex quatuor numeris naturalibus, quorum maximus aequalis est numero anni, divisor vero est = 1. 2. 3. 4; v. c. anno Quarto = 1 =  $\frac{4 \cdot 3 \cdot 2 \cdot 1}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4}$ , anno Sexto = 15 =  $\frac{6 \cdot 5 \cdot 4 \cdot 3}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4}$*

(§. V). Faciamus enim, quantum coefficientem anno m esse  $= \frac{m(m-1) \cdot (m-2) \cdot (m-3)}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4}$ ; erit quartus coefficiens anno  $m \pm 1 = \frac{m(m-1) \cdot (m-2) \cdot (m-3)}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4}$

$\pm \frac{m(m-1) \cdot (m-2)}{1 \cdot 2 \cdot 3} = \frac{m(m-1) \cdot (m-2)}{1 \cdot 2 \cdot 3}$ .

$(\frac{m-3}{4} \pm 1) = \frac{m(m-1) \cdot (m-2) \cdot (m-3 \pm 4)}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4}$

$= \frac{m(m-1) \cdot (m-2) \cdot (m \pm 1)}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4} = \frac{(m \pm 1) \cdot m(m-1) \cdot (m-2)}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4}$ ;

locum autem habet haec formula anno Quarto, ideoque etiam anno Quinto; fin autem anno Quinto, etiam anno Sexto etc.

### §. XIX.

Iam itaque lex seu norma, quam tribus prioribus coefficientibus in quounque anno communem inuenimus, haec est. Quisque eorum exhibetur quotiente, cuius dividendus est productum, ex tot numeris naturalibus conflatum, quot unitates continet numerus locum coefficientis repraesentans: maximus inter illos numeros naturales est numerus anni; minimus ergo est numerus anni diminutus numero, qui unitate minor est quam numerus locum coefficientis repraesentans. Divisor itidem est productum ex tot numeris naturalibus,

G 2  
quot

quot unitatibus compositus est numerus coefficientis; primus eorum est 1; ultimus itaque ipse numerus coefficientis.

### §. XX.

Quae quidem lex, si uno aliquo anno omnibus coefficientibus communis est, sequitur eandem etiam proximo anno omnibus coefficientibus communem esse.

### §. XXI.

Etenim si faciamus, anno  $m$ , omnibus coefficientibus hanc normam communem esse; erit coefficientis indeterminatus  $n \neq 1^{\text{mns}}$ , quem §. VII. littera P denotaui, secundum eandem normam, formula generali expressus

$$= \frac{m(m-1)(m-2) \dots (m-n+1)(m-n)}{1 \cdot 2 \cdot 3 \dots n \cdot (n+1)} \text{ atque}$$

proximus antecedens  $O = \frac{m(m-1)(m-2) \dots}{1 \cdot 2 \cdot 3}$

$$\frac{(m-n+2)(m-n+1)}{(n-1) \cdot n}.$$

Ast anno proximo  $m \neq 1^{\text{mc}}$  coefficientis  $n \neq 1^{\text{mns}}$  est  $= P \neq O$  ( $\S. XI.$ )  $= \frac{m(m-1)(m-2)}{1 \cdot 2 \cdot 3}$

$$\dots (m-n+2)(m-n+1) \left( \frac{m-n}{n+1} + 1 \right)$$

$$= \frac{m(m-1)(m-2) \dots (m-n+2)(m-n+1)}{1 \cdot 2 \cdot 3 \dots (m-n+1) \cdot n}.$$

$$\frac{(m-n+1)}{(m-n+2)(m-n+1)} = \frac{(m+1)m(m-1)(m-2) \dots}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4}$$

$(m-n+1) \cdot (n+1)$ . Idem etiam hoc modo elici potuisset:  $P = O \cdot \frac{(m-n)}{n+1}$ ; Ideoque  $P \neq O = 0$ .

$0 \cdot \frac{(m-n)}{n+1} + 0 = 0 \cdot \left( \frac{m-n}{n+1} + 1 \right) = 0 \cdot \left( \frac{m-n+n+1}{n+1} \right)$   
 $= 0 \cdot \left( \frac{m+1}{n+1} \right) = \frac{(m+1) \cdot m \cdot (m-1) \cdot (m-2) \dots}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4}$   
 $\frac{(m-n+2) \cdot (m-n+1)}{n \cdot (n+1)}$ . Quae quidem formula, secundum eandem normam ac formula coefficientium anno praecedente, composita est.

### §. XXII.

Manifestum itaque est, illam legem coefficientium, si uno aliquo anno locum ea habeat, proximo etiam anno locum sibi vindicare. Nam autem eadem omnibus coefficientibus, a primo anno ad decimum usque, communis invenitur (§. V): sic verbi causa decimo anno quintus coefficiens est  $\frac{10 \cdot 9 \cdot 8 \cdot 7 \cdot 6}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4 \cdot 5}$   
 $= 252$ ; sextus  $= \frac{10 \cdot 9 \cdot 8 \cdot 7 \cdot 6 \cdot 5}{1 \cdot 2 \cdot 3 \cdot 4 \cdot 5 \cdot 6} = 210$ . Hinc si ponamus annum  $m = 10$ ; valet conclusio ad annum  $m+1 = 11$ : et si ponamus  $m = 11$ ; idem valet de anno  $m+1 = 12$ : et sic in infinitum.

### §. XXIII.

Formula itaque, qua vniuersaliter in quoconque anno fors deminuta exhibetur, haec est. Sors deminuta anno

$$m = c + \frac{m(c-a)}{q} + \frac{m(m-1)}{q^2} \cdot (c-a)$$

$$+ \frac{m(m-1)(m-2)}{q^3} \cdot (c-a) \dots$$

## §4

$$\begin{aligned}
 & \frac{m(m-1)(m-2)\dots(m-n+1)}{1\cdot 2\cdot 3\dots n} \cdot (c-a) \\
 & + \frac{c-a}{q^m}; \text{ seu concinnius } = c + (c-a) \left( \frac{m}{q} + \frac{m(m-1)}{1\cdot 2\cdot q^2} \right. \\
 & \left. + \frac{m(m-1)(m-2)}{1\cdot 2\cdot 3\cdot q^3} \dots + \frac{1}{q^m} \right)
 \end{aligned}$$

## §. XXIV.

Est autem secundum Theorema binomiale  $(q+1)^m = q^m$

$$\begin{aligned}
 & + m \cdot q^{m-1} + \frac{m(m-1)}{1\cdot 2} \cdot q^{m-2} + \frac{m(m-1)(m-2)}{1\cdot 2\cdot 3} \cdot \\
 & q^{m-3} \dots + 1; \text{ ideoque } \frac{(q+1)^m}{q^m} = 1 + \frac{m}{q} + \frac{m(m-1)}{1\cdot 2\cdot q^2} \\
 & + \frac{m(m-1)(m-2)}{1\cdot 2\cdot 3\cdot q^3} \dots + \frac{1}{q^m}; \text{ ergo a} + \frac{(c-a)(q+1)^m}{q^m} \\
 & = c + (c-a) \left( \frac{m}{q} + \frac{m(m-1)}{1\cdot 2\cdot q^2} + \frac{m(m-1)(m-2)}{1\cdot 2\cdot 3\cdot q^3} \right. \\
 & \left. \dots + \frac{1}{q^m} \right). \text{ Quae series exhibet sortem deminutam } = s, \\
 & \text{ post annos } m; \text{ cuius valor iam faciliori formula inuestigabitur} \\
 & s = a + \frac{(c-a)(q+1)^m}{q^m} = a - \frac{(a-c)(q+1)^m}{q^m}. \text{ Ex.} \\
 & \text{gr. faciamus } c = 1000; \frac{q+1}{q} = \frac{21}{20}; n = 10; \frac{1}{b} (\S. II. nr. III) \\
 & = \frac{1}{10}; \text{ ideoque } a = \frac{q \cdot c}{b} (\S. III) = 2000; \text{ hinc } s = 2000 \\
 & - \frac{(2000 - 1000)(21)^{10}}{20^{10}}. \text{ Est autem } 10 \log. \left( \frac{21}{20} \right) = \\
 & 0,2118930. \text{ Qui, sub char. 3 euolutus, deprehenditur respondere numero } 1629; \text{ ergo } \left( \frac{21}{20} \right)^{10} = 1,629; \frac{1000(21)^{10}}{20^{10}} = 1629; \\
 & 2000
 \end{aligned}$$

$2000 - \frac{1000(21)^{10}}{20^{10}} = 371$ ; qui numerus conuenit cum numero, in parte iuridica S.I. C.II. §. XVIII. Tab.I. exposito.

### §. XXV.

Haec formula in iure compensandi fundata, etiam ex iis principiis, quae in tractatione iuridica S.I. Cap.II. §. XXI. exposta sunt, erui potest. Nimur simili ratione, qua ipsam hanc formulam, fortem deminutam exprimentem, demonstravi, probandum est, post annos  $m$  fortem creditam  $c$ , usuris et usurarum usuris auctam, esse  $= \frac{c(q+1)^m}{q^m}$ , at-

que foenus  $\frac{a}{q}$  quotannis solutum, itidemque usuris et usurarum usuris auctum, esse  $= \frac{a(q+1)^m}{q^m} - a$ ; ideoque si foenus quotannis solutum, et hac ratione per annos  $m$  auctum, forti, eadem ratione per annos  $m$  auctae, detrahatur; erit post annos  $m$ , id quod unus alteri reddere tenetur,  $= r$

$$= \frac{c(q+1)^m}{q^m} - \left( \frac{a(q+1)^m}{q^m} - a \right) = a - \frac{(a - c)(q+1)^m}{q^m}.$$

### §. XXVI.

Formula nostra, licet in iure compensandi fundata sit, eamque ob causam applicanda tantummodo videri possit donec ipsa fors nondum est  $= 0$ ; etiam post deletionem sortis recte adhibetur: dummodo ratio positivi et negativi debite habeatur. Ex quo enim fors evanuit, vel adeo in valorem oppositum negativum transit, is qui haec tenet creditor fuerat, dum pergit foenus indebitum accipere, sine dubio debitoris personam induit; nec solum hoc ipsum foenus iniuste exactum, sed simul omnes usuras, quas villo modo ex eo percipere potuit, reddere alteri, cuius iam debitor est, tenebitur. Quod si igitur per leges

leges liceret, visuras morae aut id quod interest tanti aestimare; formula nostra, etiam post deletionem fortis, applicatione in foro non careret.

### §. XXVII.

Variis autem quaestionibus soluendis, formula, hoc sensu vniuersaliter accepta et demonstrata, inferuit. Quarum specimina aliquot hic subiiciam.

### §. XXVIII.

I) Quaeritur, quo anno  $m$ , foenus successiue solutum, solem ad datam usque quantitatem minuerit? erit  $s = a - \frac{(a-c)(q+1)^m}{q^m}$ , hinc  $\frac{(a-c)(q+1)^m}{q^m} = a-s$ ;  $\frac{(q+1)^m}{q^m} = \frac{a-s}{a-c}$ ;  $m \cdot \log \frac{q+1}{q} = \log \frac{(q+1)^m}{q^m}$ ;  $= \log \frac{a-s}{a-c}$ ; ergo  $m = \frac{\log(a-s) - \log(a-c)}{\log(q+1) - \log q}$

### §. XXIX.

II) Si quaeritur, quo anno  $m$ , foenus successiue solutum, sortem ipsam exhauserit ac deleuerit; erit  $s = a - \frac{(a-c)(q+1)^m}{q^m} = 0$ ; hinc  $\frac{a}{a-c} = \frac{(q+1)^m}{q^m}$ ;  $\log \frac{a}{a-c} = \log \frac{(q+1)^m}{q^m} = m \cdot \log \frac{q+1}{q}$ ; ergo  $\log a - \log(a-c) = m \cdot \log(q+1) - \log q = m$ . Vbi  $m$ , quod ita prodit, fuerit numerus fractus, substituetur, ex indole negotii, integer proxime maior.

### §. XXX.

## §. XXX.

III) Quaeritur, quantum foenus exigere debeat foenator, vt credita sors, post annos annos compensatione delecta sit? Hoc casu in formula  $\frac{a}{a-c} = \frac{(q+1)^m}{q^m}$  litterae

$a$  substituatur eius valor  $\frac{q^c}{b}$ , §. III. indicatus. Quo facto reperitur  $\frac{q}{q-b} = \frac{(q+1)^m}{q^m}$ ; vnde eliciendus erit valor quaesitus  $b = q - \frac{q^{m+1}}{(q+1)^m}$ . Qui ostendit, sortis ipsius quantitatem  $c$ , in hac quaestione non in censem venire.

## §. XXXI.

IV) Quaeritur quanta fuerit sors, quae, dum excessus usurae illegitima supra legitimam quantitatatem quotannis  $a$  forte decederet, post annos  $m$  exhausta ac delecta fuit? Hoc problema indeterminatum esse, et quamcumque sortem quaestioni satisfacere, inde patet, quod valorem litterae  $a$ , ita ingreditur littera  $c$ , vt dum illi substituitur, quemadmodum factum est in casu III, littera  $c$ , cuius valor iam quaerendus esset, ex formula reducta penitus eliminata sit.

## §. XXXII.

V) Quaeritur, quantam sortem, usuris morae (§. XXIII) austam =  $s$ , debitor a suo olim creditore cui foenus illegitimum per annos  $m$  soluerat, repeterere possit? Erit  $s = a - \frac{(a-c)(q+1)^m}{q^m}$ , vel quod perinde est  $s = \frac{(a-c)(q+1)^m}{q^m} - a$ .

H

## §. XXXIII.

## § XXXIII.

VI) Quaeritur, quanto anno  $m$ , debitor ex creditore factus, debeat suo olim debitori sortem  $s$ ? Erit  $s = a$

$$\frac{(a - c)(q + 1)^m}{q^m}; \text{ hinc } \frac{\log(a + s) - \log(a - c)}{\log(q + 1) - \log q}$$

$$= m.$$

*Quod si datur annus  $m$ , debitor ex creditore factus debet suo olim debitori sortem  $s$ . Quid si datur sortes  $s$  et debitor ex creditore factus debet suo olim debitori sortem  $m$ . Quod si datur annus  $m$ , debitor ex creditore factus debet suo olim debitori sortem  $s$ .*

## XXX

*Quod si datur annus  $m$ , debitor ex creditore factus debet suo olim debitori sortem  $s$ . Quod si datur sortes  $s$  et debitor ex creditore factus debet suo olim debitori sortem  $m$ . Quod si datur annus  $m$ , debitor ex creditore factus debet suo olim debitori sortem  $s$ .*

## XXX

*Quod si datur annus  $m$ , debitor ex creditore factus debet suo olim debitori sortem  $s$ . Quod si datur sortes  $s$  et debitor ex creditore factus debet suo olim debitori sortem  $m$ . Quod si datur annus  $m$ , debitor ex creditore factus debet suo olim debitori sortem  $s$ .*


## XXX

R

Göttingen, Diss., 1786+87







B.I.G.

Farbkarte #13

Black  
White  
3/Color  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue

1786, 4  
4  
**DISSE**  
**TATIO IN AVGVRALIS**  
**IVRIDICO - MATHEMATICA**  
**DE**  
**EO QVOD IVSTVM EST**  
**IN VSVRIS PECVNIAE MVTVAE**  
**ANNVISQVE REDITIBVS INDEBITE**  
**SOLVTIS TVM CONDICENDIS TVM**  
**DE SORTE DETRAHENDIS**

QVAM  
SVB AVSPICIIS REGIIS  
AVCTORITATE ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

IN  
ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA

PRO  
SVMMIS IN IVRE HONORIBVS  
RITE CONSEQVENDIS

D. XXIV. JUNII A. MDCCCLXXXVI.

PVBLINE DEFENDET

AVCTOR  
JOANNES FRIDERICVS MEISTER  
GOTTINGENSIS.

GOTTINGAE  
TYPIS JOANN. CHRISTIAN. DIETERICH.

